

SPECIMEN E LITTERIS ORIENTALIBUS,

EXHIBENS

DIVERSORUM SCRIPTORUM LOCOS DE REGIA APHTA  
SIDARUM FAMILIA ET DE IBN-ABDUNO POETA,

EX MSS. CODICIBUS BIBLIOTHECAE LEIDENSIS EDITOS,  
LATINE REDDITOS ET ANNOTATIONE ILLUSTRATOS,

QUOD

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

PRAESIDE VIRO CLARISSIMO

**HENRICO ENGELINO WEIJERS,**

Philos. Theor. Mag. Lib. Guiv. et Theol. Doct., Lib. Orient.

Prof. Ordin. ex Legati Warneriani Interpret;

DIE MARTIS XXV JUNII ANNI MDCCXXXIX, HORA XII—I,

IN AUDITORIO MAJORI,

AD PUBLICAM DISCEPTATIONEM PROPONIT

**MARINUS HOOGVLIET;** *Medioburgensis,*

S. Min. Cand., Adjutor Interpretis  
Legati Warneriani.

---

LUGDUNI BATAVORUM,

APUD S. & J. LUCHTMANS,

Academiae Typographos.

---

M D C C C X X X I X .



00078414



00078414

Digitized with financial assistance from the  
Government of Maharashtra  
on 26 June, 2018



Quinque fere sunt anni, ex quo Hamakerus, qui me linguae Arabicae rudimenta docuerat, postquam ipso duce varios scriptorum hujus gentis locos accuratius tractaveram, existimavit me non sine spe successus operi cuidam manum admoveare posse, quod rite absolutum orbi eruditio esset specimen ejus, quod jam in his literis praestare possem. Utilissimum et meae ipsius scientiae promovendae et ipsarum literarum incremento fore ratus, si materiam ad historiam spectantem sumisset, perlustrandum mihi tradidit Codicum MSS. Bibliothecae nostrae trecentesimum secundum, quo continentur partes quarta et quinta operis al-Khazradjii, cui titulus كتاب تاريخ الكفاية والاعلام في من ولی اليمن وسكنها من الاسلام e rebus in eo narratis eas, quae deessent libro Johannseni, *Historia Jemaree* inscripto maximamque partem excerpto ex opere, بعثة المسنعيد في اخبار مدينة زيد nomen habente; utque imprimis ejam rationem haberem, eorum locorum, e quibus nostra regionis Jamanensis notitia augeri posset, quo Indicem Geographicum, a Johannseno operi suo adjunctum, supplerem.

Quamvis vero Codex ille, paginas habens trecentas octoginta quatuor, non ita male scriptus sit, lectio tamen ejus difficillima redditur eo, quod puncta diacritica in illo passim desunt, et saepissime quidem iis vocabulis, quibus maxime necessaria sunt, quin imo innumeris etiam in locis nominibus propriis; adeo ut, exceptis iis, ubi res traduntur in Johannseni opere etiam narratae, non nisi post diuturnam contextūs considerationem statuere possem de eo quod legendum esset. Quae res summopere me retardavit, ita ut, cum Hamakerus inopinatā morte opprimeretur, non multo plus quam centum ejus paginas legisset. Quamvis vero tum bene sentirem, quantum ad operis mei perfectionem defuturum esset, cum non amplius liceret virum illum et linguarum et historiae peritiā copiosissime instructum de singulis, quae difficultates mihi objicerent, consulere, ne unum tamen momentum aut de omittendo literarum Arabicarum studio, aut de abjiciendo proposito specimen aliquod profectuum meorum edendi cogitavi. Tale quid enim si vel in naturam meam caderet, tamen quomodo illud commisissem, prohibuisset Weijersius, in cuius disciplinam Hamakerus, aliis ipse rebus occupatus, anno ante ipsius mortem proximo me tradiderat. Ille vero, quā est prudentiā, jam tum perspiciebat, ad tale opus, quale hoc erat quod curis meis commendaverat Hamakerus, ita ut par est perficiendum longius requiri tempus, quam optandum esset praeteritum, antequam viris doctis scripto quodam in lucem edito innotescerem. Quamobrem consilium mihi dedit haec in posterum potius differendi, interimque majorem temporis mei partem operi, cuius qualis esset ambitus jam ab initio certius esset et exploratius, impendendi. Tale fore mihi significavit, si Prolegomena conscriberem ad editionem carminis Ibn-

Abduni in interitum Aphtasidarum, ad quae rite componenda cum pertractandae mihi essent partes operum stilo ornatiore et sublimiore conscriptorum, egregiam mihi dari occasionem multo melius etiam, quam si historici cuiusdam stili simplicioris partes ederem, ostendendi, quantum in ipsis linguae scientiâ profecisset. Quamvis autem non statim huic consilio obtemperaverim, non ita multo post, quam bene sese haberet, intelligens, in ea, quae apte carmini Ibn-Abduni praemitterentur, a Praeceptore jam conquista, accuratius examinanda curam meam converti. Quam rem diu me tenuisse, nemini harum rerum linguaeque perito admirationem movere puto. Etenim cum mihi tractanda esset historia partis rerum, inter Arabes Hispanos eo tempore, quo eorum imperium in varia regna erat discessum, gestarum, per se patet, non adeo facile fuisse Regulorum, qui tum fuerunt, ambitiose facta bellaque investigare, praesertim cum a scriptoribus, quorum opera adeundi mihi fuit copia, saepius ea, quae ad caeterarum rerum gestarum causas melius intelligendas maximopere valuissent, fuerint omissa. Hanc tamen difficultatem ego, a disquisitionibus historicis minime abhorrens, non tantam esse putavi, quam alteram, in stilo auctorum, e quorum operibus ad historiam literariam Arabum illius temporis illustrandam locos eosque longiores edidi, positam. Tantopere enim a nostro cogitandi scribendique modo nostroque venustatis et elegantiae sensu discrepat tumida longeque quaesita eorum ratio, ut quid compluribus locis voluerint non nisi post iteratam lectionem considerationemque perspicere queas. Non possum vero non gratissimo animo agnoscere, quantopere hac in re me adjuverit Weijersius, etiam in id genus scriptis versatissimus. Ut enim levius illud taceam, eum in lectione Codicum saepe obscurissime scripto-

rum promptum se mihi ducem praebuisse; ego quum de pluribus locis diu cogitassem, nullamque satis commodam eorum explicationem reperiens, neque textum emendare ausus, ad longe quaesitum quid confugissem, ille verba corrupta esse judicans, facillimā conjecturā ea in integrum restituit, viam mihi monstrans, quā incedens ipse etiam artem criticam in hoc opere concinnando melius exercui. Quae præterea de me meritus est Vir Clarissimus, memorare, vetat ejus gravitas, neque est hujus loci.

Jam vero, si opus, quod in publicam nunc lucem editurus sum, Viri docti et aequi consideratione suā non indignum existimaverint, et, si vel magnam doctrinae copiam in eo non reperiant, hanc laudem mihi tribuerint, me rēs accurate tractasse, ab omni temeritate abstinuisse, linguaeque etiam puritati non infeliciter studuisse, satis mihi erit.

Scripsi die VIII Junii anni MDCCCXXXIX.



---

Cum nobis propositum sit ea componere, quae apte praemitterentur editioni, quae paratur, carminis cèleberrimi poëtae Ibn-Abdūni in flebilem illam cladem, quā deleta fuit familia regia Aphtasidarum: omnibus bene perpensis, ita rem agere visum est, ut primum de historia familiae, cuius calamitas hoc poëmate celebratur, exponamus; dein de ultimi ex hac familiā regis, Omaris al-Motawaccili in literas hominesque literatos meritis; quippe quae praecipua extiterunt causa, cur tam egregio carmine nomen Aphtasidarum ad posteritatis memoriam propagatum fuerit; postremo ea referamus, quae de carminis auctore Ibn-Abdūno memoriae prodita reperimus.

## C A P U T P R I M U M

### HISTÓRIA FAMILIAE REGIAE APHTASIDARUM.

#### §. 1.

##### *Historiae fontes.*

Priusquam ad fata familiae Aphtasidarum exponenda accedāmus, pauca sunt monenda de fontibus, e quibus ea, quae referēmus, hausimus.

Maxima quidem pars eorum, quae constituunt narrationem hoc capite contentam, petitia est ex operis Condei, cui in versione Germanicā titulus est *Geschichte der Herrschaft der Mauren in Spanien*, locis passim citandis, collatis cum iis quae habet Aschbachus in Tomo I. operis *Geschichte Spaniens und Portugals zur zeit der Herrschaft der Almoraviden und Almohaden*; at vero etiam nonnulla memoria digna, quae nusquam alibi reperi, nobis praebuit Casirius, *Bibliotheca Arabico-Hispanae Escurialensis* Tomi prioris p. 64 et 65; Tomi alterius p. 41 et 42; p. 66 et 67, et p. 212 et 213. Au-

ctores, e quorum scriptis sua repetiit Casirius, sunt Abu-Bacr al-Kodhāi Ibno-l-Abbār, ex urbe Valentiā oriundus (ابو بكر القضاىى بن الأبار البلىنسى<sup>١</sup>), anno H. 658 mortuus<sup>٢</sup>, qui de Aphtasidis mentionem injectit in opere suo, cui titulus est <sup>٣</sup> الحلة السيراء (cf. Casir. T. II. p. 30 et<sup>٤</sup> 41); et Lisān-d-dīn Mohammad ibn-Abdollāh ibno-l-Khatib al-Kortobī<sup>٥</sup>, qui in operis, الْحَلْلُ الْمِقْوَمَةُ inscripti, epitome quam Casirius Bibliothecae suae Arabico-Hispanae inseruit, de familia, cujus historia nobis tractanda est, haec habet. Vid. illius Operis T. II. p. 212.

وفي بطليوس قوى ابن الأفطس هو الحاجب المنصور أبو بكر محمد بن عبد الله بن مسلمة أصله من تاجيب وكان أديباً جليلًا من تواليفه الكتاب المسمى بالتحذكرة في خمسين مجلدًا وقبل ابن حيان كان عبد الله أبوه من مكتاسة خدم ساپور الفتنى بطليوس وتغلب عليه ثم ورث ملكه المظفر أبا بكر محمد (محمدًا I). ثم انتهى إلى عمر ابنه وكان صبراً عند ما تغلب المتنون على رؤسائه الطوائف بما هو معروف<sup>٦</sup>

Hujus loci verba sic vertit Casirius: „Eo (Mohammed Almo-  
dhaffero) mortuo principatus ad hujus filium Omarum, eorum ultimum et infelicissimum  
regem pervenit:” unde conjicio inter verba et وكان صبراً، quae sic, ut editum est, con-  
juncta, nullum sensum praebent idoneum, aliquid esse omissum, hoc modo restituendum:

وكان آخرهم فقتل صبراً

1) Conf. de hoc viro ejusque scriptis De-Rossii *Dizionario storico degli Autori Arabi* in v. *Kodāi Abdalla o Abubecher*, figlio di *Alabar di Valenza* (p. 112 seq.).

2) Casirius hunc titulum vertit *Vestis Serica*; quod bene se haberet, si posterius vocabulum sericum significaret, et si praeterea hic scriptum esset حلة السيراء<sup>٧</sup>. Collato autem Djauharii lexico, in quo legitur سيراء برد فيه خطوط صفر، apparel vocem non materiem unde vestes siant, sed ipsam aliquam vestem ornata factam, significare. Vocabula igitur الحلة السيراء et hic per appositionem inter se conjuncta sunt.

3) Vita hujus viri; partim ab ipso partim ab Ibn-Khalduno conscripta, reperitur in Casirii Op. laud. T. II. p. 71b et seq. Mentio ejus facta est ab Hadji-Khal. in v. تاريخ غناظة (ex ed. Flügel. T. I. n°. 114). Ex utroque autem loco apparet, eum obiisse a. 776. Quare Herbelot. in v. *Lessan eddin* male annum dicit 626. Melius scripsit de eodem et dignissimus est qui conferatur, De-Rossi l.l. in v. *Catib (ebn) Mohamed ben Abdalla* (p. 54 seqq.). Opus vero illius, e quo Casirius excerpta ista dedit, ab Hadji-Khal. non commemoratum est, quamvis permulti libri idem nomen gerentes in ejus Lexico citati sint.

Utriusque cum al-Kodājī, tum Ibno-l-Khatibi narratio auctoritate nititur Ibn-Haijānis Cordubensis; historici celeberrimi <sup>4</sup>.

Ceteroquin passim in notis, narrationi meae subjectis, errores complures, in quos Casi-rius incidit, notabo.

كتاب العبر وديوان ابن خالدün in celebratissimo opere historico, MSS. Bibl. Leidensis N. 1350 T. IV. f. 25 b in f. et 26 a, etiam caput habet inscriptum: أخبار ابن الأفطس صاحب بطليوس من غرب الاندلس ومصيّر أمره:

Est autem hoc caput hujusmodi:

ملوك بطليوس من غرب الاندلس عند الفتنة وافتياجها أبو محمد عبد الله بن مسلمة الناجيبي المعروف ببابن الأفطس واستبدل بها سنة احدى وستين وأربعين سنة فملك، وفيه من بعده ابنه المظفر أبو بكر واستغسل ملوكه وكان من أعظم ملوك الطوائف وكانت بينه وبين ابن ذي النون خروج مذكور وكذا مع ابن عباد بستين ابن يحيى صاحب ليلة أغانه ابن عباد عليه فاستولى بسبب ذلك على كثيير من شعوره ومعاقله واعتصم المظفر بطليوس بعد هزيمتين هلك فيها خلف كثير وذلك سنة ثلات وأربعين ثم أصلح بينهما ابن جهور وهلك للمظفر سنة ستين وأربعين سنة وتولى بعده ابنه المستوكل ثم حفص (sic est in Cod.; sed lege خفض) (أبو حفص

عمر بن محمد المعروف بساجدة (?)) ولم يزل سلطاناً بها إلى أن قتله يوسف بن تاشقين أمير المرابطين سنة تسع وثمانين وأربعين وقتل معه أولاده أغراه به ابن عباد فلما تمكنت الاسترابة من المستوكل خاطب الطاغية واستراح اليه مما دفمه وشعر به ابن عباد فكتبه يوسف بن تاشقين واست Hatchet لمعالجه قبل ان يتصل بالطاغية ويتصال بالشغر فاعتذر إليه السفير ووافاه منه ..... خسبما ذكر في إخبارهم ورثاء ابن عبادون بقصيده المشهورة وهي

(البسيط) الدهر يفاجع بعد العين بالآخر فما البكاء على الآشباح والصور

4) Ibn-Haijanis, cuius nomen plene scriptum sonat حَيَانٌ بْنُ حَسْبِينٍ، apud Ibn-Khalicanem exstat vita, n°. 209, ex edit. Wüstenfeldii Fasc. II. p. 14. Natus est a. 377; mortuus a. 469. Notissimum opus ejus illud est, quod titulum gerit المقتبس في تاريخ علماء الاندلس <sup>5</sup>

عَدَّدَ فِيهَا أهْلُ الْبُكَيْرَاتِ وَمِنْ عَشَرَ بَهِ الزَّمَانُ بِمَا يُبَيْكِي الْجُمَادَ وَسَنَدَ كَرْ قَصْنَتِهِمْ فِي أخْبَارِ لَمْتَوْنَةٍ  
وَفَتَحَهُمُ الْأَنْدَلُسَ وَاللَّهُ يَفْعُلُ مَا يَشَاءُ وَبِحَكْمٍ بِمَا يُرِيدُ

In hoc autem loco nullus sensus aptus potest e verbis: cum autem Casirius l. c., T. II. p. 66, Omarem appellat *patriā Pacensem*, puto apud Ibn-Khalduṇum etiam restituendum esse: **الْمَوْلُودُ بِبَاجَةٍ**: *nomen enim urbis Bejae*, quae a veteribus *Pax Julia* dicebatur, ab Arabibus scribitur **بَاجَة**. — Quomodo lacuna, quae est in Codice nostro inter verba **وَوَافَاهُ مِنْهُ** قَبْضٌ et **وَوَافَاهُ مِنْهُ** سَفَرٌ, supplenda sit, certo dicere non ausim: fortasse hoc modo: **وَوَافَاهُ مِنْهُ الْأَمْبِرُ سَبِيرُ بْنُ أَبِي بَكْرٍ**; nisi etiam pro **وَوَافَاهُ مِنْهُ** substituendum sit, **وَوَافَاهُ مِنْهُ الْأَمْبِرُ سَبِيرُ بْنُ أَبِي بَكْرٍ**: et legendum: **وَوَافَاهُ مِنْهُ الْأَمْبِرُ سَبِيرُ بْنُ أَبِي بَكْرٍ**: omnium autem optima locum emendandi ratio haec esse videtur, ut pro **وَهُنَّ** levi mutatione substituas **وَهُنَّ**.

Locum autem hoc modo verto.

*Imperio tenebat urbem Badajoci e parte occidentali Hispaniae tempore perturbationis civilis et concitati ejus aestus Abū-Mohammad Abdollāh ibn-Maslama Todžibita notus nomine Ibno-l-Aphtas (filii simii); absolutum autem hujus urbis imperium sibi arrogavit anno 461. Regnavit et imperium gessit post eum ejus filius al-Modhaffar Abu-Bacr: magni vero momenti fuit ejus imperium, fuitque e potentissimis inter Regulos, qui Hispaniae in varia regna distissae praefuerunt; et fuerunt inter eum et inter Ibno-Dhū-l-nūnum bella memoriae prodita; atque similiter (bellum gessit) cum Ibno-Abbādo propter Ibno-Jahjan dominum Libiae: opem enim ei fecerat Ibno-Abbādus contra eum, et potitus est hac occasione magna parte locorum terris Christianorum confinium et castellarum, quae in ejus erant potestate. Consigil autem al-Modhaffar Badajocum ibique se defendit post duas clades, in quarum utraque multi homines perierunt. Hoc vero accidit anno 443. Deinde pacem inter eos composuit Ibno-Djahiwar; et mortuus est al-Modhaffar anno 460. Imperium vero gessit post eum filius ejus al-Motawaccil Abū-Hafs (2) Omar Ibno-Mohammad, natuſ Pace Julia (2): neque desiit ibi imperare donec trucidavit eum Jūsoph ibn-Tāschiphīn Imperator Morabitarum anno 489 et trucidavit una cum eo filios ejus. Quam ad rem eum instigavit Ibno-Abbād. Postquam vero occupavit timor suspicionis plenus al-Motawaccilum, appellavit tyrannum (regem Christianorum), et sub ejus protectione sibi petiit requiem a malis, quae ipsi inciderant. Hoc autem ejus factum ad notitiam pervenit Ibno-Abbādi. Tum scripsit ad Jūsophum Ibno-Tāschiphīn eumque incitavit ut ad poenam ei infligendam properaret, priusquam ad tyrannum pervenisset et limites (imperii Moslemorum) attigisset. Iter vero ad eum paravit et pervenit ad eum a parte illius (ab illo missus) Imperator Sir Ibno-Abū-Bacr (2). Tum comprehendit eum et filios ejus, et trucidavit eos die victimarum*

sacrificii solennis ; quemadmodum memorabimus in historiâ eorum. Carmen autem funebre in illum composuit Ibn-Abdūnus , quod est celeberrimum ; ita autem sese habet :

*Fortuna affligit (homines) post rem ipsam (calamitosam) vestigiis de re superstibibus : quid vero juvat deploratio formarum et imaginum ? caet.*

Enumeravit poëta in hoc carmine homines qui flebiles casus passi sunt et quos lapsare fecit fortuna ; idque fecit eo modo (versibus tam egregie ad animum vendum compositis), ut lacrymas eliciat hominum durissimorum. Commemorabimus autem historiam eorum in narratione de rebus tribùs Lamtūnae deque Hispaniâ ab iis expugnatâ. Deus vero facit id quod vult , ac tale judicium profert , quale ipsi videtur.

Verba اول الپکیات ad literam significant gentem deplorationum , et ambiguum ergo sensum habent ; possunt enim significare aut homines qui sortem suam acerbam deplorent ; aut eos quorum calamitates alios ad commiserationem commovent , eorumque lacrymas excitant .

Quod attinet ad narrationem de rebus tribùs Lamtūnae deque Hispaniâ ab iis expugnatâ , cui dicit Ibn Khaldūnus *se* inserturum esse historiam Omaris et filiorum ejus ; in quinque Tomis n<sup>o</sup>. 1350 MSS. Bibl. nostrae nullum , quantum quidem mihi innotuit , hujus narrationis reperitur vestigium. Verum in n. 1351 MSS. , cujus 799 paginis prioribus pars continetur operis Ibn-Khaldūni , quae non habetur in quinque Tomis n<sup>o</sup>. 1350 ; a pagina vero 800<sup>a</sup> ad 820<sup>am</sup> sive Codicis finem , eadem exstant quae reperiuntur in initio Tomi V. n<sup>o</sup>. 1350 ; in eo igitur Codice p. 259 v. 4 a fine , haec paucissima tantum de Omaris interitu leguntur :

ثم عمد (سيير بن أبي بكر) إلى بطليوس وتفقىض على صاحبها عمر بن الأفطس فقتله  
وبنية يوم الأضحى سنة تسع وثمانين لمن صبح عنده من مداخلتهم الطاغية وأن يُلْكوا  
مدينته بطليوس \*

*Deinde se contulit (Sir ibn Abibacr) Badajocum , et comprehendit dominum ejus Omarem ibno-l-Aphtas : et trucidavit eum et filios ejus die victimarum anno (4)89 ; ob id , quod ipsi constabat de societate , quam contraxerant cum Christianorum rege , et proposito urbem Badajocum in ejus potestatem tradendi .*

Cum autem hic locus pauciora etiam de Omare contineat , quam is , quem supra edidi , alterutrum videtur statuendum : aut Ibn-Khaldūnum in animo quidem habuisse de Omaris clade uberior exponere , postea vero hoc suum consilium mutavisce illiusve oblitum esse ; aut partem operis ejus , in quo promissis satisficerit , in nostris exemplaribus esse omissam .

In annotatione ad narrationem meam de Imperio Aphtasidarum passim alios etiam Ibn-Khaldūni locos afferam , qui ad nonnullas historiae horum temporum partes illustrandas

multum conferunt. Ibidem etiam de singulis, quae in locis jam editis memorantur, accuratius disputabimus.

Pauca etiam de Aphtasidis habet Abdolwāhid al-Marrācischī, MS. 546 (Catal. n. 1798 in p. 482) p. 70 vs. 3 a f. et sqq.<sup>5</sup>

5) [ Utendum mihi hac oblatā opportunitate videtur nonnulla in medio ponendi, quibus Codex hic noster MS., et historicum opus quod continet, magis Lectori innotescat. Est enim hic liber maximā animadversione dignus, tum per argumentum quod eo tractatum est, tum imprimis per extremam ejus exemplorum paucitatem. Quantum equidem scio, in reliquis Europaeis Manuscriptorum Orientalium Bibliothecis nou exstat, certe in Catalogis editis nulla ejus mentio facta est : Hadji-Khalifa in Lexico suo eum commemoravit quidem, sed paucissimis his verbis : تاريخ المعجب في أخبار أهل المغرب لعبد الواحد بن على المراكشي itemque in v. والمعجب في أخبار أهل المغرب للمرادكشى (conf. Herbelot, etiam brevius, his : in v. *Tarikh Al-Magreb*) : quae relationis exilitas manifesto indicare videtur, etiam doctissimum illum Bibliographum nunquam hunc librum vidisse, sed eum ita tantum, ut apud alios citatum reperisset, in suo Lexico nominasse. Ego jam inter primos quos cognovi Bibliothecae nostrae Codices Arabicos, hoc usus sum, et magnam statim de ejus pretio et utilitate opinionem concepi : quapropter cum totum attente perlustrassem, jam ante-hos octo annos in *Specimine Critico* meo aliquot ex eo locos adducere potui, qui ad locos Ibn-Khakanis aut Ibn-Zaiduni, in quibus versarer, illustrandos juvarent. Auctorem ibi simpliciter *Abdolwahedum*, aut etiam *Abdolwahedium*, nuncupavi (vid. pag. 19; p. 45 et seqq. in annot. crit.; p. 92 in ann. 101; p. 104 in ann. 148; p. 113 et seqq. in ann. 159; p. 184 in ann. 326; et p. 189 in ann. 337), cum nunc illum aut *Abdolwahidi al-Marracischii*, aut simpliciter *Marracischii*, nomine citandum esse comparem. — Ut autem quod hic Lectori impertire visum sit, justo jam ordine procedat, primum de arguento ipsius libri exponam, et singula ejus capita quid contineant et quibus verbis inscripta sint notabo ; tum afferam quae de Auctore ejusque aetate ex ipso hoc opere cognovi ; ac denique nonnulla de nostro exemplo et de pretio ei statuendo adjiciam.

Inscriptio libri, ut in nostro Codice (hic paululum vetustate detrito, et recentiore manu restituto) offertur, haec est : كتاب المعجب في تلخيص أخبار المغرب متأخر عن بجتماعه الشیخ الفقیہ الحافظ المتقن الواقع المتقن (المفتین) (sic lege : rec. illa manus hic male restituit) الشیخ المتفیی الدین ابو محمد عبد الواحد بن على التمییز المراكشی وفقه الله. Titulus ille sic vertendus est : *Admirationem movens, qui continet compendiosam expositionem rerum in Magrībo gestarum.*

Initium libri (in pag. 2<sup>a</sup> Codicis) sic sonat : الحمد لله رب العالمين وباعث الرّيم وواعب Init : Laus Deo sit, qui evanescere facit gentes, et resuscitat in vitam ossa cariosa, et dat diversa scientiae genera, caet. Ex his quoque tria prima vocabula, quae tritâ per vetustatem

وكان يملأ النهر الذي من الجهة الشمالية من الاندلس وبعض المدن الساحلية للبحر الاعظم ابن الأفطس المتلقب بالمظفر ذهب عنى اسمه ثم كان له ابن اسمه عمر تكى ابا

charta interierant, recentior manus restituit; quae autem post in primo versu adhuc sequebantur, etiam plane exciderunt, nec deinde reparata sunt. Quare soleune quidem illud exordium, quod hic satis breve est, cum sex versibus absolvatur, porrò missum faciam, et jam in medio ponam quae statim post doxologiam sequuntur usque ad eum locum in quo Auctor وَيَعْدُ أَيْهَا السَّيِّدُ الَّذِي تَوَالَّتْ: (p. 2 med. — 4 init.)

على نعمته، وأخذ بضبعى من خصوصي الفقر والخمول أعتناؤه وكرمه، وقضى أحسانه إلى محبتيه التي جبلى عليها بآن التزم من بره وطاعته ما أنا ملتزم، فاتك سالتني بواء الله أعلى الرتب، كما عمر بك أندية الأدب، ومنحك من سعادتي الدنيا والآخرة أوفى القسم، كما جمع لك فضيلتي التدبير والقلم، أملأه أوراق تشتمل على بعض أخبار المغرب وهيئته وحدود أقطاره وشىء من سير ملوكه وخصوصاً ملوكي المصادمة بنو (بني) عبد المؤمن من لدن ابتداء دولتهم إلى وقتنا هذا وهو سنة أحدى وعشرين وسبعين مائة وآن ينضاف إلى ذلك نبذة من ذكر من لقيته أو لقيت من لقيه او رويت عنه بوجه ما من وجوه الرواية من الشعراء والعلماء وأنواع أهل الفضل فلم أر بها من أشعارك والمسارحة إلى ما فيه رضاك أذ هي العالية التي أجري إليها والبغية التي أثابك أبداً عليها ولو جنوب ضاعتكم على مين وجوه يكثر تعدادها فاستخرجت الله عز وجل فيها ندينتي إليه واستعنتم واعتمدت في كل ذلك عليه فهو الم Bauer والمراجعاً وهو حسبنا ونعم الوكيل هذا مع آنني اعتذر إلى مولانا فسح الله في معدته من تقدير أن وقع بثلاثة أوجه من الاعذار فأولها ضعف عبادة المملوك وغلبة الغي على طباعه فمهما وقع في هذا الاملاك من فتن وفتن لفظ أو إخلال بسرد فهو خليق بذلك والوجه الشافى أنه لم يصاحبى من كتب هذا الشان شيئاً اعتمد عليه وأجعله مستنداً كما جرت عادة المصنفين وأما دولة المصادمة خصوصاً غلم يقع إلى لأحد فيها تاليف أصلأ خلاً آنني سمعت أن بعض أصحابنا جمع أخبارها وأعني بسيئها وهذا الماجموع لا أعرفه إلا سماها والوجه الثالث أن محفوظاتى فى هذا الوقت على غاية الاختلال والتشتت أوجبت ذلك فهم تزدحم على التطاير وغموم تستغرق الفكر فرغبة المملوك الأصغر أجراه مولانا إيه على جميل عادته وخيال

محمد تلقب بـالمشوكل على الله كان يملأ بطليوس وأعمالها وبابه وشترى وآشئته  
كان المظفر هذا احرس الناس على جمّع علوم الأدب خاصة من النحو واللغة والشعر وتوارد

خُلُقُه من التسامُح والتَّعَايُنِ لِرَأْيِ مَاجِدَه العالِيِّ يُرْفَعُ الْهَمَمُ، وَيُغْقَدُ الدَّمَمُ، وَيُوصَلُ  
الْبَعْدُ، وَيُعَمَّرُ رُوعَيَّةُ الْفَضْلِ وَالْكَرَمِ. *His jam rite praemissis, o Domine cuius continua fuerunt  
in me collata bona; et cuius cura et generositas prehendit brachium meum (extulitque) ex duabus  
profundis paupertatis et obscuritatis, et cuius in me beneficentia, et amicitia supra quam montis  
instar solidi structus sum, sanxerunt ut semper infixus essem in ea erga te pietate et obedientia  
in qua infixus sim! petiisti a me — paret tibi Deus celssimum dignitatis gradum, sicut per  
te frequentata reddidit conciliabula elegantis doctrinae (h.e. sicut per te elegantis doctrinae studia  
florere fecit), et donet tibi de utrōque beatitate, vitae praesentis et futurae, largissimam portio-  
nen (animadverte hīc formam pluralem قسم، ductam a sing. شكل؛ cuius tamen etiam in  
alio libro ipedito exemplum offendit), sicut tibi conjunctam impertiit utramque dotem  
eminendi rerum administratione et calami usu (nempe, ut videtur, ad libros scribendos aut  
elegantes [scriptiones componendas])! — dictatum aliquot feliorum, quod exhiberet. partem  
rerum in Magrībo gestarum, et formam hujus mundi plagae, et terminos diversorum ejus  
tractum; item aliquid de historiā factisque Regum ejus, et peculiariter Regum e tri-  
bu Masmudae ortorum (magna illa Berberorum gens, e quibus orta erat regia familia  
Mowahhiditarum (الموحدون; vulgo corrupte nomine Atmohaden dicti), nomen gerebat  
محمودة، unde Arabes suo more pluralem formam مصاندة مخصوصة fecerunt, et jam etiam ab utrōque  
formā nomen relativum duxerunt، مصاندي et مخصوصي ()، posterorum Abdolmumani, ab initio  
inde regni eorum ad hoc nostrum tempus, hoc est, ad annum 623; ac (porro petiisti) ut adjun-  
geretur istis aliqua mentio eorum, quos vidi sem, aut quos qui vidi sem vidisse, aut a quibus  
acepisse aliiquid quod quoquam tradendi modo riursus aliis tradidisse, poetarum et eruditorum,  
et cuiuslibet generis praelarorum hominum. Nec fieri aliter posse judicavi, quam ut  
morem tibi gererem, et festinanter aggredier id in quo tua verteretur voluntas; cum haec meta  
sit ad quam currat, et res expedita in qua mens mea semper infixa sit, et quoniam necessario  
meum est tibi obedire, ob rationes quarum longa est enumeratio. Deum ergo O. M. oravi ut  
michi favoret in (exequendo) eo ad quod me vocasses, et auxilium Illius imploravi, et in tota  
istā re in Illo posui fiduciam meam: Ille enim est refugium tutumque asylum, et sufficit Ille  
nobis et egregius est rerum curator, — Hoc (praefandum habui), cū jam addō, me excusatum  
me velle Domino — amplitudinem constitutus Deus in spatio vitae ejus — de defectu et errore,  
si acciderit, ob tres rationes quibus quis excusatione dignus sit. Quarum prima est, quod de-  
bilis sit servitus quam praestare queat famulus (ego); et quod praevaleat error in naturam ejus:  
quicquid ergo acciderit in hoc dictato aut languidae dictionis aut non continuatae (per me-*

الاخبار وعيون التاريخ انتخب منها اجتمع له من ذلك كتاباً كبيراً ترجمة باسمه على نحو الاختبارات للزوجي وعيون الاخبار لابي محمد بن قتيبة جاء هذا الكتاب في نحو من

*moriae lapsus) rerum seriei, illud omne ad istam (meae naturae imbecillitatem) accommodatum est. Altera ratio haec est, quod nihil mecum habuerim e libris de hoc argomento, cui inniterer et quo tanquam logo cui me acclinarem uterer, sicut mos exstigit scriptorum: et quod peculiariter ad regiam familiam Masmuditarum attinet, de hac omnino nullius se mihi obtulit scriptum; praeterquam quod audiverim, aliquem ex notis nostris historiam illius familiae composuisse, et operam dedisse ejus rebus gestis (consignandis); verum hoc opus non nisi famam notum habeo. Ac tertia ratio est, quod res memoriam meam asservatae hoc quidem tempore summam immunitatione ac dispersu laborent: quod necessario provenit e curis quae densa turbida compriment animum, et e moeroribus qui totam submergunt cogitationem. Quod autem expetit famulus infimus (ego) est hoc, ut agat cum ipso Dominus secundum pulchram consuetudinem suam laudatamque indolem in clementia et in connivendo: utinam ne desinat excelsa ejus gloria elevare (hominum litteratorum) proposita, et nectere (cum illis) clientelas, et afferre beneficia, et frequentata reddere habitacula (h. e. efficere ut multa se offerant specimina) munificentiae et generositatis. Totum hunc locum hic exhibui et latine verti, ut ex eo Lectori appareret, quale potissimum argumentum hoc opere tractatum sit, et quam plane de suo omnia, quae illo contineantur, Auctor retulerit. Nec parvi enim momenti est scire, Mowahlhiditarum praesertim historiam ita hic scriptam offerri, ut nullus antiquioris auctoris liber in usum adhibitus sit, sed omnia ipsi Marracischio debeantur: quod cum ab una quidem parte errandi periculum auxerit, ab altera tamen etiam certiores facit exspectationem, fore ut multa hic existent nova et lectione dignissima. Mox autem videbis, longe abesse ut intra solius Magribi historiam Auctor se continuerit, cum magna pars libri in Hispaniae rebus explicandis versetur, et ab hac quidem materiam tractandam initium factum sit. Caeterum plane ignoro, quis fuerit vir ille, cuius rogatu hanc historiam se scripsisse, Auctor hoc loco declarat: ex titulo ejus (مولانا السید) et ex magnificis ei tributis laudibus constat, eum in magno dignitatis gradu collocatum et insigniter liberalem fuisse erga viros doctrinae laude conspicuos; nomen vero ejus neque hic additum vides, neque in alio libri loco proditum reperi: sine dubio gente suit Hispanus, aut certe tum in Hispaniam sedem habuit, cum Marracischius, quo tempore hoc opus componeret, etiam ipse (ut dein videbimus) in illa regione habitaret.*

فصل في ذكر جزيرة الأندلس (in p. 4)  
 وحدودها، quod caput his incipit verbis, quibus Auctor causam exponit, cur ab Hispaniam describendam, ejusque historiam inde ab Arabum expugnatione adumbrandam, hujus operis exordium faciat: فأول ما يقع الابتداء به ذكر جزيرة الأندلس وتحديدها والتعریف بمدحها  
 ونبذ من اخبارها وسيط ملوكها من تذكرة فتحها الى وقتنا هذا وهو سنة احدى وعشرين وستمائة اذ هي كانت معتمدة المغرب الأقصى والمعتبرة منه والمنظور اليها

عشرة أجزاء صنّمت وفُقِّتَتْ على أكثر ترجمته المظفرى وكان لابنه المتكىل قدّم راسخة من صناعة النظم والنشر مع شجاعة مغيرة وفرضية تامة وكان لا يُغبِّ الغزو ولا يُشغله عنه شيء

فيه وهي كانت كرسى المملكة ومقر التدبير وأم قرى تلك البلاد لم يَرَ هذا مَعْروفاً من أمّها إلى أن تغلب عليها يوسف بن ناشيفي المتنوئ فصارت أذاك تبعاً لمراكش من بلاد العدو ثم تغلب عليها المصاصمة بعده فاستمر الامر على ذلك إلى وقتنا هذا  
 Vides, verba اى هي et sequentia significare: cum illa (Hispania) fuerit column Magribi Occidentalis, et terra quae cum observantia inde spectaretur (Nam formam, cum cura consideravit, cum accus. pers. construi, arguit locus Vitae Timuri II. p. 324 vs. 9; hinc ergo etiam particium pass. معتبر non act. معتبر, ut male habent Golius et Freytagius) significat spectabili auctoritate virum, ut in loco Hist. Dynast. p. 428 vs. 10), et in quam ibi oculi conversi essent et fuit illa (olim, cum etiam tota Magribi regio ei subjecta eset) sedes Imperii, et locus ubi rerum administratio fixa eset, et caput cunctarum earum terrarum. Nec desit hoc agnatum esse de re ejus, caet. Sequitur post adducta verba descriptio terminorum Hispaniae et diversarum ejus regionum, itemque urbium recensio in singulis sitarum.

فيُكُسر فتح جزءة الاندلس وَكُمْ من تفصيل أخبارها وَسِير ملوكها في p. 8 transitur ad In p. 8 transitur ad لَسْعَ (vox) ومن كان فيها من القصاء منها ومن غيرها motum significat, hic figurate levem argumenti actionem sive breve rerum specimen exprimit). Hoc igitur specimen singillatim tractatae Hispanae regionis historiac post narratam expugnationem ejus ab Arabibus factam, sequentibus comprehensum est capitulis:

ذكر من دخل الاندلس من التابعين 12.

ذكر خبر دخول عبد الرحمن بن معاوية الاندلس Pag. 13 in fin.

ولاية الأمير هشام بن عبد الرحمن Pag. 15.

ولاية الحكم بن هشام الملقب بالريضي Pag. 16 Patet, hic in Cod. nostro post pag. 18 (desinentem in فقل, in cuius fine Auctor adhuc de Hacamo I. loquitur, aliquantas excidisse plagulas: nam in paginā quae 18<sup>am</sup> illam excipit et 19 signata est (hujus autem primum verbum etiam est فقل, quae sine dubio infelicissimae rei causa extitit) ad 22<sup>am</sup> usque sermo fit de Hacamo II., inter quem et Hacamum I. sex Reges intercesserunt, et quidem spatium 144 annoīum, cum hie mortuus sit a. Hidjrae 206, ille regnum capessiverit a. 350. Post lacunam igitur illam, a p. 19—22, pars capituli de Hacamo II. sive Hacamo al-Mostansiro, initio mutili, offertur.

وأتعللت مملكته إلى أن قتله المرابطون أصحاب يوسف بن تاشفين وقتلوا ولديه الفضل والعباس ضرباً اعتنفهم في غرة سنة خمس وثمانين وأربعين وكانت أيام بنى المظفر

ولاية هشام المؤيد بن الحكم المستنصر Pag. 22.

ولاية محمد بن هشام بن عبد الجبار المهدى Pag. 37.

ولاية سليمان بن الحكم بن سليمان بن عبد الرحمن الناصر المتلقب بالمستعين بالله Pag. 38.

ولاية على بن حمود الناصر Pag. 47 init.

ولاية القيس بن حمود المسمون Pag. 47 in f.

ولاية يحيى بن على المعتلى Pag. 50 init.

ولاية عبد الرحمن بن هشام المستثظم Pag. 51 init.

ولاية محمد بن عبد الرحمن المستكفي بالله Pag. 52 in f.

ولاية هشام المعتمد بالله Pag. 54.

ذكر أخبار الأندلس بعد انتقال الدعوة الاموية عنها ومن ملوكها من الملوك ذكر أخبار الأندلس بعد انتقال الدعوة الاموية عنها ومن ملوكها من الملوك إلى وقتنا هذا وهو سنة احادي وعشرين وستمائة In hoc autem capitulo, a p. 56—58 de Djahwaridis, Cordubae Regibus; a p. 58—67 de Hasanidis Malacae Regibus, dictum est.

فحصل يتضمن ذكر أحوال الأندلس بعد انقطاع الدعوة الاموية Jam in p. 67 sequitur عندها على الإجمال لا على التفصيل in quo Auctor summatim et quam brevissime (ut ipsa jam inscriptio indicat) de iis exposuit Regulis, qui praeter Djahwaridas et Hasanidas, prae-terque Abbadidas (de quibus inferius separatum dixit), calamitoso isto turbarum civilium tempore Hispaniae regnum inter se divisum tenuerunt. Hi, ut notum est, ab historicis ملوك الطوائف vocantur. Primum ergo hic de Sarakostae (Caesaraugustae) et Tortosae Dynastis (p. 68); tum de Toleti (p. 69); tum de Almeriae (p. 70); tum de Deniae (ibid.; conf. Spec. Critici mei p. 113); postremo etiam de tractus Christianorum ditioni confinis (النَّفْر), hoc est, de Badajoci aliarumque urbium Dominis (p. 70 et seqq.), mentio facta est. Quod de ultimis his, nempe de Aftasidis, Auctor in medio posuit (p. 70 et 71), Heoglyetus hic in textu edidit; idemque infra editurus est quae in sequentibus paginis, hac oblatâ opportunitate, de Ibn-Abduno, celebratissimo Aftasidarum poëta, inserta sunt.

بِمَغْرِبِ الْإِنْدُلُسِ أَعْيَا دِرْ وَمَوَاسِيمَ وَكَانُوا مُلْتَجَأً لِأهْلِ الْآدَابِ خَلَدَتْ فِيهِمْ وَلَهُمْ قَصَائِدٌ  
شَادَتْ (أشادت ۱.) مَأْثُورَهُمْ وَأَبْقَتْ عَلَى غَايِرِ الدَّهْرِ حَيْدَرٌ ذَكْرُهُمْ ۵

In p. 83 Auctor separatis de Abbadidis, Hispalis Regibus, exponere instituit, his verbis  
usus: وَإِذْ ذَكَرْنَا أَحْوَالَ ملوكِ الانْدُلُسِ الْمُتَغَلِّبِينَ عَلَيْهَا بَعْدَ اِنْفَتَنَةٍ عَلَى مَا شَرَطْنَا مِنْ  
الْأَجْمَاءِ فَلَنْ يَرْجِعَ إِلَيْ ذَكْرِ مَمْلَكَةِ اشْبِيلِيَّةِ حُصُوصًا مِنْ جُزِيرَةِ الانْدُلُسِ وَذَكْرُ مَنْ مَلَكَهَا  
أَبُو النَّصْرِ مُحَمَّدُ بْنُ أَسْعَيْلِ بْنِ عَبَادِ اللَّخْمِيِّ ۶

In p. 85 incipit sectio inscripta بالله العَبَادِيِّ, quae octo paginas implet.

Hanc excipit in p. 93 longum caput de عَبَادِ الْمُعْتَمِدِ عَلَيِ اللَّهِ, quod ad pag. usque 156 pertinet, et praeter res gestas diversosque casus hujus pro istâ aetate clari et nobilis Regis (cujus vitam etiam Ibn-Khallican scripsit, n°. 697), multa quoque continet de viris litteratis et poëtis qui tunc floruerunt, et liberalissimo Motamidi favore gavisi sunt, ut de Abdoldjalilo ibn-Wahbun (pag. 94 seqq.), de Abulwalido ibn-Zaidun (p. 97 seqq.), de Abubacro ibn-Ammar (p. 102 seqq.), caeteris.

In p. 156 brevis expôsito sequitur istius temporis, quo, postquam Motamidus regno pulsus erat, totam Hispaniam, quam Christiani nondum recuperassent, suae ditioni subjectam tenuerunt Morabitae (المُرَابِطُونَ), hoc est, Jusofus ibn-Taschifin (conf. Ibn-Khall. n°. 854) ejusque posteri, qui tamen mox, exorto validissimo Mowahhiditarum imperio, ab his potestate sunt exuti, et Hispaniae quoque possessione victoribus cedere debuerunt.

Jam tandem igitur, post hanc longiorem introductionem, ad id quod rei caput esset, Auctor transiens, in p. 176 de ortu et initiis familiae regiae Masmuditarum, sive Mowahhiditarum, dicere incipit, et in sequentibus eandem materiam persecutus, copiose res gestas singulorum Regum enarravit, plurimaque protulit animadversione dignissima, quibus olim adhibitis haec historiae pars, jam satis bene in editis libris et praesertim ab Aschbacho tractata, adhuc sine dubio illustrari, et partim rectius partim enucleatus proponi poterit. Hic ergo sequentia capita offeruntur:

Pag. 176. ذَكْرُ ولَيْةِ عَبَادِ الْمُؤْمِنِ. cuius vita etiam apud Ibn-Khallicanem exstat, n° 699.

Pag. 193. ذَكْرُ ولَيْةِ عَبَادِ الْمُؤْمِنِ. De hoc quoque Ibn-Khallican scripsit, n° 419: vid. Wüstenfeldii edit. Fasc. IV. p. ۱۳۴—۱۳۵. Marracischius autem longe copiosius de ejus vitâ rebusque gestis exposuit, et inter haec etiam de filiis et Veziris ejus (p. 198), itemque de Kadhiis ejus sive Judicibus (p. 201), mentionem injecit.

Pag. 238. ذَكْرُ ولَيْةِ عَيْبُوبِ يُوسُفِ بْنِ عَيْدِ الْمُؤْمِنِ وَمَا يَتَعَلَّقُ بِهَا. Vid. Ibn-Khallic.

*Loca autem terris Christianorum confinia a parte Hispaniae Septentrionali et urbes nonnullas oceano atlantico vicinas imperio tenebat. Ibno-l-Aphatas, cognomine*

nº 855. Hic vero inter alia separatis sectionibus, de corporis formâ animique habitu ejus صفة أبي يعقوب (p. 239), de Veziris, Scribis, Cubiculario, filiisque ejus (p. 248), ac de Kadhiis ejus (p. 249), dictum est.

Pag. 268. ذُكْر ولاية أبي يوسف يعقوب بن يوسف بن عبد المؤمن <sup>268</sup> Vid. Ibn-Khall. كتاب et حُجَّاب (ibid.) وزراء (أولاد) (p. 269) صفة (p. 268) كتاب et حُجَّاب (أولاد) (p. 269) قصّة (p. 270) قصّة (p. 271), separatim commemorati sunt.

Pag. 321. Ut praecedentium, ita de hujus quoque et et أولاد (p. 322 seqq.) صفة (p. 268) كتاب et حُجَّاب (أولاد) (p. 269) قصّة (p. 326) et de ejus قصّة (p. 327), peculiaris mentio facta est.

Pag. 338. ذُكْر ولاية أبي يوسف يعقوب بن محمد <sup>338</sup> De hoc in ipso initio sequentia re-tulit Auctor: كانت ولادته في صدر شوال من سنة أربع وتسعين وخمسين مائة قبل وفاة جده يوسف (أبي يوسف 1). باربعه أشهر بُويع له وسنه يومئذ سنت عشرة سنة لا اعلم له ولدًا لحداته سنه ثم أتصل بي في شهر سنة أحدى وعشرين وستمائة أن يوسف هذا توفي في أحد الشهرين من شوال أو ذي القعدة (من adde) سنة عشرين فكان ذلك ولادته من يوم بُويع له وذلك لاحقًا عشر يومًا خللت من شعبان من سنة عشر وستمائة التي ان توفي كما ذكر في التاريخ المذكور عشرة أعوام وشهرين In sequentiibus etiam hujus Regis (p. 339) et وزراء et حُجَّاب صفة (p. 340), separatim commemorati sunt; ac tandem in p. 345 his verbis transitus factus est ad pauca de illo Rege addenda, qui uno anno antequam Auctor hunc librum componeret, Magribi et Hispaniae imperium adeptus fuisset: ثم أتصل بي في هذه السنة وهي سنة أحدى وعشرين وستمائة أن أبي يوسف أمير المؤمنين توفي في أحد الشهرين من شوال أو ذي القعدة من سنة عشرين وستمائة ولم يبلغني كثيرون وفاته فاتضطراب الامر واشراف (الامراء وأشراف 1) الناس للخلاف ثم ذكر لى أن عامتهم ومعظمهم آجتمعوا على تقديم السيد الأجل أبي محمد عبد العزيز بن أمير المؤمنين أبي يوسف بن أمير المؤمنين أبي محمد عبد

*al-Modhaffar (a Deo victoriā donatus), cuius proprium nomen memoriae meae excidit. Deinde fuit ei filius, nomine Omar, qui praenomen habuit Abū-Moham-*

المومن بن على. De hoc igitur Abu-Mohammed Abdolazizo hīc nonnulla, a p. 345 usque ad initium p. 348, adjecta sunt, ex quibus appetet, certe Auctorem libri putasse, tum cum ipse haec scribebat, eum Regem adhuc vivere et imperium in Marochii urbe tenere; constat tamen, eum eodem illo anno (421) jam imperio motum intersectumque esse, et successorem habuisse Abu-Mohammedem Abdollahum, filium Jakubi-ibn-Jusof, itaque ipsius ex fratre nepotem.

Jam in p. 348 Auctor brevi epilogo concludit narrationem suam de Mowahhiditis, sic incipiens هذا تلخيص التعريف بأخبار دولة المَحَامِدَة من أول قيام أمّهم وهو سنة خمس عشرة وخمس مائة إلى وقتنا هذا وهو سنة أحدى وعشرين وستمائة فذلك مائة سنة وسبعين على الأجمال لا على التفصيل الخ

In p. 349 et seqq. nonnulla adjecta sunt, ad eandem regiam familiam spectantia, quae mediae narrationi minus apte inseri potuerant. Hoc caput inscriptum est: جامع سير: المَحَامِدَة وأخبارهم وقبائلهم وأحوالهم في طعنهم واقامتهم et primo quidem loco (p. 349—351) hīc de decem Sociis Mohammedis ibn-Tumart al-Mahdii, dynastiae auctoris, fit mentio, qui peculiari nomine الجماعة dicerentur; tum (p. 352—356) sequitur sectio memorabilis de diversis tribubus Berberorum, Mowahhiditarum imperio parentibus ذكر قبائل) et denique capitulum (p. 356—359), quo de ritibus et caerimoniis, quas festo die Veneris observarent, expositum est. (صيغة أحوالهم في إقامة الجماعة).

Atque hīc igitur finem scribendi facere Marracischius potuisse; verum jam, rogatu ejusdem illius viri principis, in cuius gratiam hoc opus composuerat, nonnulla ei appendicis loco subjunxit, quae unice ad geographiam regionum, de quibus egerat, Magribi nempe et Hispaniae, pertinent. Ad hanc quidem rem his verbis (in p. 360) transiit: وهذا أصلحك الله منتهي ما بلغ من أخبار المغرب وسير ملوكه وزرائهم وكتابتهم وما تعلق بذلك حسب الاستطاعة — وقد رسم مولانا جرس. الله ماجدة أن يضاف إلى هذا التصنيف ذكر أقاليم المغرب وتعيين مدنها وتحديد ما بينها من المراحل عدداً من لدن برقية إلى سوين الأقصى وذكر جزيرة الاندلس وما يملكونه المسلمين من مدنها على ما تقدم

Quas partes jam sic implevit, ut primum

*madis, et cognomen accepit al-Motawaccili ala-llāh (in Deo fiduciam ponentis). Imperabat ille Badajoco et terrae tractui ei adjacenti, item Evorae, Santarino et*

Pag. 361—369 praecipuas aquilonaris Africæ urbes, inde a Barkā usque ad Suso-l-aksam, in littore maris sitas; tum

Pag. 369—377 earundem regionum urbes a littore maris remotas, commemoraverit, singularumque intervalla accurate notaverit; porro, ut

فُكُرْ ما بال المغرب من مَعَادن الفِصَّة والخَدِيد والكِهْرِيت والرِّضَاص  
 Pag. 377 et seq. dederit (in cujus capituli fine (p. 378) etiam paucis verbis de  
 metallorum fodinis, quae in Hispaniā reperiuntur, fit mentio); itemque

فُكُرْ أَسْمَاء الْأَنْهَارِ الْعَظَامِ الَّتِي بِالْمَغْرِبِ

Pag. 380—390 in f., paucis de Hispaniae geographiā exposuerit in capite inscripto: جزيرة الاندلس وأسماء مدنها وأنهارها (ex quo in Spec. Critico meo, p. 92 in ann. 101, locum de Valentia edidi); quo capite absoluto, in p. 391 brevissimā clausulā librum finivit.

Postquam sic totius operis argumentum Lectori in conspectum dedimus, restat ut etiam ea impertiamus, quae de Auctoris vita et aetate compererimus, et nonnulla addamus quae ad descriptionem nostri exempli spectent.

De tempore quo hic Marracischius vixerit, jam constare potest e pluribus locis, quos supra ex hoc opere descripsi: nempe ex iis, in quibus ipse iterum iteruunque testatur, se illud compo-  
suisse anno Arabum 621. Eadem res etiam confirmatur et accuratissime definitur in subscriptio-  
ne libri, quae in nostro Codice sic se habet, et quam non dubitamus ab ipso primi exempli  
وكان الفراغ من هذا الاملاع يوم السبت ليست بقين من جمادى  
scribâ profectam esse: الآخرة من سنة احدى وعشرين وستمائة والحمد لله الخ  
illio anno librum absolutum fuisse. His autem, quae per se adhuc exilia sunt, nihil quidem  
addere potuissem ad aetatem vitamque hujus viri, de quo nullam apud alias scriptores men-  
tionem factam vidi, illustrandam, nisi in hoc ipso ejus opere locum notabilem deprehen-  
dissem, in quo de se loquatur, paucisque verbis suam ipse vitam adumbret. Exstat is in  
Capite de urbibus Magribi, a littore maris remotis (p. 369—377), in quo, de urbe  
Marochii referens, haec adjecit (p. 376): وبهذه المدينة أعني مراكش مسقط رأسى وهى:  
أول أرض مَسْنَسْ جَلْدِى تَرْابِهَا وَكَانَ مُولِدِى بَهَا لِسَبْعَ خَلْوَنْ مِنْ رِبِيعِ الْآخِرِ سَنَة  
احدى وثمانين وخمس مائة في أول أيام ابى يوسف يعقوب بن يوسف بن عبد المومن  
ابن على ثم فصلت عنها وانا ابن تسعه اعوام الى مدينة قاس فلم ازل بها الى ان

*Lisbonae. Nemo autem mortalium studiosior fuit quam hic al-Modhaffar conquirendi scripta, in quibus disciplinae ad vitae elegantiam facientes tractantur, im-*

قراتُ القرآن وجودته درويثه عن جماعة كانوا هنالك تُبَيِّزُونَ فِي عِلْمِ الْقُرْآنِ وَالْبَحْوِ ثُمَّ عَدَتْ إِلَى مَرَاكِشْ فَلَمْ أَرِ مُتَرَدِّداً بَيْنَ هَاتَيْنِ الْمَدِينَتَيْنِ ثُمَّ عَبَرَتْ إِلَى جَزِيرَةِ الْأَنْدَلُسِ ثُمَّ أَوْلَ سَنَةِ ثَلَاثَةِ وَسِنِمَائَةِ خَادِرَكَتْ بَيْنَهَا جَمَاعَةً مِنَ الْفُضَّلَاءِ مِنْ أَهْلِ كُلِّ شَانِ فَلَمْ أَحْصِلْ بِأَحْمَدِ اللَّهِ مِنْ ذَلِكَ كُلَّهُ إِلَّا مَعْرِفَةً أَسْمَائِهِمْ وَمَوَالِدِهِمْ دَوْفَاتِهِمْ (وَدَفَّيَاتِهِمْ *(non dubito, Auctorem dictasse)* وَعِلْمَهُمْ وَأَنْفَرَدُوا دُونِي بِكُلِّ فَضْبِيلَةٍ لَا مَانِعَ لِمَا أَعْطَى اللَّهُ لَا مَعْطِيَ لِمَا مَنَعَ يَخْتَصُّ بِرِحْمَتِهِ مَنْ يَشَاءُ وَهُوَ نَوْ الفَضْلُ الْعَظِيمُ *Et in hac urbe, Marochium dico, locus est in quem caput meum (e matris utero) procidit, primaque haec terra est, cuius humum tetigit cutis mea: natus in eâ sum die 7º mensis Rabii posterioris, anno 585, initio regni Abu-Jusofi Ja'kubi ibn-Jusof ibn-Abdolmuhan ibn-Ali. Deinde secessi ex eâ, cum puer essem novem annorum, ad urbem Fezzae, nec desii hic esse, donec didiceram recitare Koranum, singulaque ejus verba justo modo pronuntiata clare efferre, eumque tradere aliis ut legendus esset auctoritate plurimorum, qui ibi principes essent in scientiâ Korani et syntaxeos. Tum redii Marochium, nec desii ultro citroque commeare inter has duas urbes. Postea trajeci in Hispaniam, initio anni 603, et in hac terra vidi plurimos excellentes viros ex omnis generis vitae hominibus; nec acquirere mihi per laudatam Dei gratiam ex omni isto (usu) aliud potui, quam cognitionem nominum eorum, temporisque quo nati sint et obierint, et disciplinarum quibus operam dederint: et vero in omni excellentiae genere adeo singulares erant, ut equidem ab eorum laude longe abfuerim: nemo autem id quod Deus dat, prohibere, aut quod Deus prohibet, dare potest: Ille quem vuli peculiari suâ gratiâ beat; Ille summâ benefaciendi virtute est praeditus. Ex hoc igitur loco, ut jam supra (p. 9 vs. 8 a f.) verbo attigi, constare videtur, Maracischium, cum hunc librum scriberet (a. 621), in Hispaniâ habitasse.*

Quod jam postremo ad nostrum hujus operis exemplum attinet, scriptum hoc est in chartâ gossypinâ, cuius subslavus color actatem satis remotam arguit. Ipse quidem librarius tempus quo hunc Codicem absolverit, non notavit, nec igitur certi quid de eâ re pronuntiare possumus. Quae aliis manibus in ultimo folio adscripta sunt, nihil fere aliud probant, nisi multos hunc librum legisse, et inter hos unum (quo tempore Codex jam recentiore chartâ agglutinatâ reparatus erat) anno. Arabum 1003 (Chr. 1594 et 1595), alium anno 1005. Una tamen ex his annotationibus summe est notabilis, quae in ipsâ chartâ vetustâ a latere subscriptionis libri (supra, p. 15 vs. 11 a f., in medio positae) reperitur, et difficilior lectu haec offert: **بلغ قرآناً وتصحّبها على جامعة بتاريخ السادس وانعشرين من جمادى الآخرة سنة أحدى وستمائة \***, *ad finem pervenit (scriba) praelegendi (hujus libri) auctori suo illiusque menda ex hujus ore corrigendi, die 26º mensis Djomadae posterioris, anno 625. Quae verba si*

primis vero ea, in quibus de grammaticâ exponitur, aut vocabulorum illustrantur potestates: item quibus carmina traduntur, ac singularia facta, et praecipuae hi-

ad scribam nostri exempli referenda essent, evidenter probarent, hoc omnium primum esse: nam ex ipsâ libri subscriptione apparet, Auctorem ejus dictandi finem fecisse cum sex adhuc noctes de mense Djomaddâ posteriore restarent, ergo die istius mensis 23<sup>o</sup>: tribus igitur sequentibus diebus dictatum librum a scribâ sibi praelegi jusserit, ut menda ab hoc commissa corrigeret. Verum quominus credamus, adeo venerabilem esse nostri Codicis aetatem, non quidem externus ejus habitus, sed menda quibus non caret, obstat videntur: quare vix dubitandum est, quin haec annotatio, reverâ ex primo exemplo oriunda, hîc jam pridem a quopiam, sive memoriae tantum causâ, sive ad fucum faciendum emtori, sit addita. — In primo folio, sub operis titulo (a nobis supra descripto, in p. 6), etiam annotatio exstat, sed quae ab ipso, ut videtur, Codicis scribâ exarata est. Tota quidem non amplius legi potest, quoniam finis ejus, partim per chartae vetustatem, et partim etiam per agglutinatam aliam chartam, plane interit; quae vero servata sunt, evidentissime ostendunt, hîc ipsius Marracischii verba (sine dubio e primo folio antiquioris Codicis descripta) offerri, nomina prudentis illistrissimorum virorum, qui se audiissent hunc librum in scholis suis explicantem; ex quibus alii quidem totum librum audiissent, alii tantum partem ejus. Arabica verba, omissis nominibus, sic sonant:

قال الشيخ الفقيه العالم الحافظ محيي الدين أبو محمد عبد الواحد: ابن على جامع هذا الكتاب سمع على جميع هذا التلخيص الذي جمعته في أخبار

الغرب مولانا الفقيه الاسم الفاضل الوزير - و - وسمع بعضه الأمير السج

Folia nostri exempli sunt quadruplicata minora, estque orientali more compactum et corio. rubro involutum: exaratum, est charactere نسخى, et quidem majoribus perspicuisque litteris et manu constantissimâ: in quaque paginâ 15 versus scripti sunt, totusque liber nunc constat paginis 391, quarum singulis unus e nostratisbus suum numerum adscripsit. Aliquot folia excidisse inter p. 18 et 19, jam supra dixi (p. 10 in f.); apparebat autem ex ligature habitu, tum cum hoc involucro Codex indueretur, ista folia jam absuisse: unde etiam is, qui paginarum numerum notavit, defectum illum non vidit. Magna pars libri aut per vetustatem, aut etiam per corrodentes et perforantes vermes, nonnihil jacturae passa est, praesertim vero ejus initium et finis. Quare jam pridem (conf. superioris p. vs. 7 a f.) possessori alicui necessarium visum est, trita folia recentiore chartâ agglutinandâ resarcire, et obscurata aut plane perdita vocabula restituere: quod passim imperite ab eo. factum esse, plusquam uno exemplo posset probari. — Caeterum, quod ad internam hujus exempli bonitatem attinet, multae quidem paginae, si soleae litterae spectantur, omni mendo vacant et ex hoc uno Codice bene perfecte que edi possent; at non desunt tamen etiam loci, in quibus evidentissima menda se offerant, quae nonnunquam facilimâ conjecturâ corrigi queant: qualia in primis in carminibus, passim huic operi insertis, offenduntur. De vocalibus autem, ab ipso scriba, ut atramenti color indicat, additis, et quidem copiosissime, non aequa in bonam partem judicamus, cum sac-

*istoriae partes. Ex hujus generis scriptis, ipsius jussu conquisitis, selegit magnum opus quod suo nomine vocavit. Est illud ejusdem speciei, ad quam pertinent Loci Selecti ar-Rauhī<sup>6</sup> et Praecipuae inter res gestas Abū-Mohammadis ibn-Kotaibae<sup>7</sup>. Quae reperiuntur hujus syntagmatis exemplaria decem constant spissis voluminibus;*

pissime minus accurate se habeant, et sive per linguae usum sive per loci sententiam probari non possint. In margine paginarum, modo ipsius librarii, modo recentiore manu, nonnulla adscripta sunt, quae plerumque aut ad mendosa vocabula corrigenda, aut ad ea quae omissa erant supplenda, spectant.

Longioris annotationis hic finis esset, nisi unam adhuc rem cum Lectore communicandam haberem. Nempe, aliquot hujus operis paginas jam ante hos 48 annos editas esse in libro; cui titulum: *Abulfedae tabulae quaedam geographicae et alia ejusdem argumenti specimen: e Codd. Biblioth. Leidensis nunc primum arabice edidit Frid. Theod. Rinck. Lipsiae 1791. 8°. 171 pag.* (conf. Schnurreri *Biblioth. Arab.*, ed. 2<sup>ae</sup>, p. 127 seqq.). In hoc igitur libro Rinckius, sub n°. XV (a pag. 156—171), duas Marracischii operis particulas vulgarit, alteram paucis versibus constantem, quae in fine capituli inscripti ذكر ما بال المغرب من معادن الفضة الخ (Ms. nostri p. 377 seq.) offertur, et de metallorum fodinis *Hispanis* agit; alteram aliquanto majorem, nempe integrum caput ultimum, inscriptum فكم جزيرة الأندلس واسماء مدنهما وانهارها (MS. p. 380—390). Hos locos ex solo nostro Codice, quem Leidae cum aliquamdiu commoraretur cognoverat, totumque se descriptsse in praefatione dicit (quod quidem apographón ubi nunc servetur, si adhuc supersit, plane nescio), Rinckius edidit, nullā aut versione aut annotatione additā, nec plura etiam de auctore et de operis argumēto praefatus, quam illum anno Hidjrae 581 natum fuisse, hoc exhibere Arabum, Africam et Hispaniam tenentium, historiam, brevemque geographicam utriusque regionis descriptionem. Codicem quoque non accuratissime ubique expressit, sed passim aut omisit vocabula, aut quae in illo bene scripta sunt imprudenter mendis corruptit. — Decem annis post, aliud opusculum prodiit, Germanice scriptum, hoc titulo: *Des Marockaners Abdulvahed (sic) Temimi Fragmente über Spanien. Aus dem Arabischen übersetzt von Jo. Chr. Gust. Karsten. Rostock, 1801 (4°. 27 pag.).* In hoc parvo libello (quem etiam Schnurrerus nominavit, l. l. p. 128) Auctor duos tantum locos illos, a Rinckio Arabice editos, nullo adhibito Codice MS., in Germanicum sermonem convertit (p. 7—16), et his annotationem, praecipue ad geographiam spectantem, subjunxit. H. E. W.]

6) De أختيارات الروحى nulla apud Hadji-Khalifam fit mentio, nec scio etiam quis vir ille sit qui hic simpliciter relativo nomine الروحى indicetur. De hoc autem sequentia offert liber الروحى بالفتح والسكون ومهملة الى الروح بن القاسم قلت والى روحنا: Sojutii: نب للثواب قوية بقيردان.

7) Liber Ibn-Kotaibae, عيون الاخبار inscriptus, ab Hadji-Khal, commemoratus est,

fere semper eis inscriptus est titulus *al-Modhaffari*<sup>8</sup>. Hujus autem filio *al-Motawakkilo* firmus erat pes (h.e. magna peritia) quod ad artem carminum pangendorum et oratione solutâ scribendi attinet; quae facultas in illo juncta erat fortitudini modum excedenti et arti equestri omnibus numeris absolutae: neque intermisit unquam expeditiones in hostes suscipere, nec quidquam ab illa re eum detinere poterat. Duravit illius regnum ad illud tempus usque, quo eum violentâ morte interfecerunt *Morabitæ*, *Jusophi ibn-Taschiphini* milites, una cum duobus ejus filiis *al-Phadhalo* et *al-Abbāso*. Colla eorum amputarunt initio anni 485. Fuerunt autem dies familiae regiae *Modhaffaridarum* in parte Hispaniae occidentali festi et conventibus solennibus dicati<sup>9</sup>, erantque illi refugium viris elegantiâ praestantibus: ad memoriam posteritatis pervenerunt carmina tum ab iis, tum ab aliis de iis composta, quae altis laudibus celebrarunt virtutes eorum, et per annorum decursum laudatam eorum famam superstitem servarunt.

Quae hunc locum in Codice proxime sequuntur, ad *Ibn-Abdūnum* spectantia, infra referemus, cum ad Caput tertium pervenerimus.

Jam vero ad exponenda ea, quae e variorum historicorum relationibus inter se comparatis de historiâ familiae Aphtasidarum constare videantur, transeamus.

## §. 2.

### *Narratio de rebus Aphtasidarum.*

Origo familiae repetenda est e tribu *Tadjib* vel *Todjib* (تجبيب)، e quâ etiam

8) Hadji-Khal. in vi: المظفرى etiam de *hoc* opere mentionem injectit. Vid. quoque D'Herbelot in voce *Modhaffer*.

9) Non adeo significatur his verbis, hoc tempus fuisse maxime prosperum; sed potius familiam illam regiam viris doctis, et imprimis poëtis, insigniter fuisse, iisque occasionem praebuisse opera sua in publicam lucem proferendi. Arabibus veteribus in more erat diebus festis et nundinis solennibus (مواسم) eloquentiae et artis poëticae certamina habere.

والتجبيب بضم النون المتناثة من : (Conf. locus Ibn-Khall. in fine vitae Ibno-s-Saigi (nº. 681) فوقها وفتحها وكسر الجيم وسكون الياء المتناثة من تفتحها وبعدها الباء الموحدة هذه النسبة التي تجبيب وهي أم عدي وسعد ابن شهريار بن شبيب بن السكون نسبة جابر ولدها اليها وهي تجبيب بنت ثوبان بن سليم بن مذحج Item Kamus. in voce : التجبيب لب الباب تجبيب بن كندة بطن وبنت ذؤبان بن سليم

oriundi erant domini Tortosae et Huescae, regesque Caesaraugustae <sup>11</sup>, Majores Abdal-

: تُجَيِّبُ التَّجْيِيبُ إِلَى تُجَيِّبٍ قَبْيلَةً مِنْ كُنْدَةَ وَمَحَلَّةَ بِمَصْرَ . Itemque Lex. Geogr. in *الْتَّجْيِيبِ* قَبْيلَةً مِنْ كُنْدَةَ وَمَحَلَّةَ بِمَصْرَ : تُجَيِّبُ اسْمَ أَبِي قَبْيلَةٍ مِنْ كُبِيرَةِ مَحَلَّةِ بِمَصْرَ ( *quaes verba inde a sic emendanda videntur* ). منْ كُنْدَةَ كُبِيرَةِ وَمَحَلَّةَ بِمَصْرَ : Praeterea cf. *Hamāsae* p. 94 vs. ult.

- 11) De dominis Huescae cf. Conde Tom. II. p. 12 vs. 14, et p. 23 vs. 4. Prior locus ex altero explicandus et emendandus est, adeo ut hoc modo rem tibi proponas: Mohammadem ibn-Jahja, praefectum Huescae, Valentiam se contulisse et ab hujus urbis domino, Abdo'lazizo Abu'lhasano, filio Abdorrahmani, filii celebris illius Hadjibi al-Mansuri Mohammadis ibn Abi-Amir ( Conde T. II. p. 11 vs. 21, et p. 12 vs. 16 ), benigne et humaniter fuisse exceptum: quin imo hunc duas e filiabus suis, alteram nomine *Borizam* ( بُريشة ؟ ) Abu'lah-waso Mano, alteram Abu-Otbae Samidae, utriusque Mohammadis ibn-Jahjae filiis, nuptum dedisse: postea vero a domino Almeriae heredem institutum praefecturam hujus urbis genero suo Mano Abu'lahwaso tradidisse. — Imperium Caesaraugustae duo gesserunt reges e tribu Tadjib oriundi, Mondhir ibn-Jahja et filius ejus Jahja ibn-Mondhir al-Modhaffar. Errare enim Condeum, qui p. 13 vs. 7 tradit, *Huditas*, e quorum familiā oriundus erat Solaiman ibn-Ahmad vel ibn-Mohammad, qui Jahjae al-Modhaffaro imperium Caesaraugustae eripuit, ad idem genus ad quod Abdollahum ibn-al-Aphatas, pertinuisse; eundemque T. II. p. 22 rerum gestarum seriem non bene proponere, manifesto appetet ex relatione Ibn-Khalduni, qui MS. 1350 T. V. p. 27 b haec habet in capite cui titulus: *الْخَمْعُ عَنْ بَنِي هُودِ مَلِكِ* *هَادِيَةِ* *بَنِي هَاشِمٍ* *وَمَا كَانَ مِنْ أَوْلَيْتَهُمْ وَمَصَائِرَ أَمْوَالِهِمْ* : سُقْسُطَةُ مِنْ الطَّوَافِ صَارَتْ لِيَهُمْ مِنْ بَنِي هَاشِمٍ وَمَا كَانَ مِنْ أَوْلَيْتَهُمْ وَمَصَائِرَ أَمْوَالِهِمْ *Narratio de filiis Hudi, regibus Caesaraugustae ( unius ) ex agminibus ( e variis partibus, in quas discissi erant Arabes Hispani ); pervenit vero ( haec urbs ) in eorum potestatem a filiis Haschimi ( i. e. cum antea filiis Haschimi paruisse ); et de iis, quae acciderunt, tum ad pri- mordia ( regni ) eorum, tum ad exitum rerum eorum, spectantia: كان مُنْذِرُ بن مُطْرِفٍ بن* ياخبي بن عبد الرحمن بن محمد بن عاشم التنجيبي صاحب التغريالي ابن منصور عبد الرحمن ( وأبن منصور عبد الرحمن leg. ) مُناسبة عن الامارة والبراءة وكانت دار امارته سقطة ولما بُويع المهدى محمد بن عبد الجبار وانتقض امر العامريين وجاءت فتنة البربر كان مع المستعين حتى قتل هشام ( هشاما leg. ) مولاه فامتنع لذالك وفارقها وبائع المرواني للمرتضى ( المرتضى leg. ) مع ماجاهد ومن اجتمع اليه من الموالى والعامريين وزحفوا الى غرناطة فلقبهم زاوي بن زيري وهرمهم ثم ارتابوا

lahi ibn-Maslamae, regum Aphtasidarum primi, videntur in Africae urbe Michāsa domici-

بالمرتضى ووضعوا عليه من قتله مع حيران بالمرية واستبد مُنذّر هذا بسرقسطة والثغر  
وتلقب بالمنصور وعقد ما بين طاغية جليقية وترشونة وبينه وملك سنة اربع عشرة وولى  
ابنه وتلقب المظفر (quod ad accusat. quicum constr. est, conf. Abouf. Ann. III. 62), تلقب Abouf.  
وكان أبو أيوب سليمان بن محمد بن هود الجذامي من أهل نسبهم مستبدا (IV. 144)  
بمدينة تطبلة ولها منذ أول الفتنة وجدهم هود هو الداخل الاندلس وتبنته الرازي  
الى سالم مؤنس أبي حذيفة قال هود بن عبد الله بن موسى بن سالم وقيل هو من  
ولد روح بن رياح فتغلب سليمان على المظفر ياحيى بن المنذر وقتله سنة احدى  
وثلاثين وملك سرقسطة والشغر الاعلى

Erat Mondhir ibn-Motrif ibn Jahja ibn-Abdorrahman ibn-Mohammed ibn-Haschim, Tadjibita, dominus Limitis (imperii Arabum in Hispaniad) superioris, eratque Ibn-Mansur Abdorrahman (Cf. Conde T. I. p. 552—556, et Aschbach Geschichte der Omniajaden in Spanien, T. II. p. 246—250) aemulus ejus in imperio et principatu appetendo. Sedes imperii illius erat Caesaraugusta. Postquam autem Khalifa salutatus erat al-Mahdi Mohammad ibn-Abdol-djabbar et finem ceperat res Amiridarum et locum habuit seditio Berberorum (Conde l. c. p. 554—560; Aschbach l. c. p. 248—258), stabat a parte al-Mostaini (Solaimanis ibn-al-Hacam ibn-Solaiman ibn-an-Nasir; Conde l. c. p. 560 vs. 5), donec occidit Hischamum, dominum suum (Conde l. c. p. 576 vs. 10; Aschbach l. c. p. 267). Propter istud vero facinus iram concepit et partes ejus reliquit ac Khalifam salutavit Marwanitam al-Mortadhium una cum Modjahido iisque qui ad eum convenerant ex libertis et Amiridis (Conde l. c. p. 590; imprimis vero conferendus locus Roderici Toletani, citatus ab Aschbacho l. c. p. 276 n. 2). Progressi autem sunt versus Granatam; et obviam iis venit Zawi ibn-Zairi et fugavit eos. Deinde suspectus iis factus est al-Mortadhi, et subornarunt contra eum aliquem qui eum trucidavit, cum Hairane, Almeriae. Arrogavit vero hicce Mondhir sibi absolutum imperium Caesaraugustae et Limitis; et cognomen accepit al-Mansuri (qui a Deo auxilium accipit): et firmo foedere secum conjunxit tyrannum Galiciae et Barcelonae; mortem vero obiit anno [4]54 atque tum imperium suscepit filius ejus, qui cognomen al-Modhaffari accepit. Abu-Aijub autem Solaiman ibn-Mohammad ibn-Hud Djodhamita, ex eorum numero qui illorum gentilitium nomen (Tadjibitarum) gerebant, imperium absolutum sibi arrogavit in urbe Tudelae; praeerat ei ab initio inde perturbationis civilis. Ayus autem eorum Hud est ille, qui primus ex hac familia in Hispaniam venit. Deducit autem genus illius ar-Razi a Salimo liberto Abu-Hodhaifae, his verbis usus: Hud ibn-Abdullah ibn-Musa ibn-Salim. Ab aliis vero dicitur: est ille e posteris Rauhi ibn-Rabah. Superavit autem Solaiman al-Modhaffarum Jahjam ibn-al-Mondhir et occidit eum anno 33 et imperavit Caesaraugustae et Limiti Superiori. Ex genealogia igitur hoc loco relatâ satis appareat, longe diversam esse originem familiae Tadjibitarum a genere

Huditarum. Huditae enim pertinebant ad tribum Djodhamitarum, ex Amro ibn-Saba oriundam; Tadjibite vero partem constituebant Cinditarum, qui ad posteros Cahlani ibn-Saba referendi sunt. Cf. Pococke *Spec. Hist. Ar.*, ed. 2<sup>ae</sup>, p. 42 vs. 16 cum p. 45 vs. 16. Si autem bene interpretatus sum verba مِنْ هُنَّ نَسِيْهُمْ ita ut iis significetur, Abu-Aijubum Solaimanein ibn-Hud, quoniam ad ministros Tadjibitarum, regum Caesaraugustae, pertinebat, eorum etiam nomine gentilitio appellatum fuisse, quemadmodum familiae Amiridarum clientes et liberti dicuntur; facile in hac appellatione causam reperis, cur historicorum nonnulli Huditas Tadjibitarum genti accensuerint. Quod vero attinet ad ceteras res in loco Ibn-Khalduni memoratas, imprimis animadvertisendum est id, quod in eo narratur de al-Mortadhio unâ cum Hairane in urbe Almeria occiso. E Condei nempe relatione, T. I. p. 592, appareat Hairanem, Khalifae Hischami olim Hadjibum, virum qui magnas partes egit in rebus his turbulentis temporibus gestis, anno jam H. 408 (occisus autem est al-Mortadhio anno 413). ab Alio ibn-Hammud Idrisita in ipsâ urbe Almeria, postquam deditio in ejus venisset potestatem, fuisse trucidatum. Et sane, cum duo praeter hunc, de quo agimus, adsint loci, quibus Ibn-Khaldun de caede al-Mortadhii sermonem injiciat, in neutro tamen refert; aut eum unâ cum Hairane, aut Almeriae fuisse occisum. Prior horum locorum reperitur T. V. a. p. 20 A. vs. ult. ad 20 B. vs. 2, ubi haec leguntur:

وَزَحْفُوا إِلَى غَرْنَاطَةَ وَبِهَا زَرْدَى بْنُ زَيْرِي فَلَقِيْهِمْ وَقَبْضَ جُمْعِهِمْ  
وَكَانُوا قَدْ قَدَّمُوا عَلَى بَيْعَتِهِ وَخَشَّبُوا عَوَاقِبَ تَمَكِّنِهِ لِمَا بَلَّوْا مِنْ حِنْدَرَمْهُمْ فَانْهَزَمُوا عَنْهُ يَوْمَ  
الْمُصَافَ وَدَسَّوْا عَلَيْهِ مِنْ قَتْلَهُ غَلَبَةً

*Et progressi sunt Granatam; ibi vero erat Zawi ibn-Zairi, qui obviam illis processit, Cepitque (Abdorrahman) illorum agmina (in aciem adducens); illi autem, quamvis eo venissent ut eum Khalifam salutassent, nunc tamen reformidabant effectus quos tandem habitura esset potestas, quam exercebat, propter id quod experti erant de ejus excandescientia; quare fugâ eum reliquerunt die proelii (de مصاف conf. Ham. ad Wakid. p. 107), et subornarunt contra eum aliquem qui eum occidit violenter. Alter locus occurrit p. 21 B. vs. 6 a f. in capite inscripto*

وَزَحْفُوا (الْمَوَالِيِّ الْعَامِرِيُّونَ) بِهِ (بِالْمُرْتَضِيِّ) وَالْأَخْبَرُ عَنْ دُولَةِ بَنِي حَمْدَوْ  
إِلَى غَرْنَاطَةَ وَبِهَا زَرْدَى بْنُ زَيْرِي فَخَرَجَ لِلْقَاتِلِهِمْ ثُمَّ احْسَنُوا مِنْ ضَرَادَةِ الْمُرْتَضِيِّ وَقُوَّةِ شَكِيمَتِهِ  
مَا حَدَّرُهُمْ سُوءَ الْمَغَبَّةِ مِنْهُ فَخَذَلُوهُ وَانْهَرُمُوا أَمَامَ زَرْدَى وَعَسَاكِرَهُ ثُمَّ دَسُوا مِنْ اغْتِنَامِ  
الْمُرْتَضِيِّ كَمَا ذُكِرَنَاهُ

*Et progressi sunt (liberti familiae Amiridarum) cum eo (al-Mortadhio) Granatam; ibi vero erat Zawi ibn-Zairi, isque obviam iis exiit. Deinde senserunt de iracundiâ al-Mortadhii et vehementiâ ejus in tuendis suis juribus id quod eos admonebat sibi carere, ne ab eo malus sibi pararetur exitus. Perfide igitur contra eum egerunt et in fugam se converterunt ante Zawium ejusque exercitum. Deinde subornarunt aliquem, qui perdidit al-Mortadhium, quemadmo-*

lum habuise, atque inde ei nomen **السكناسي adhaesisse**<sup>١٢</sup>: ipse enim natus fuit in Hispania.

dum commemoravimus. His igitur locis collatis alterutrum statuendum est, aut in loco quem tractamus, verba مع حيران بالمرية a librario qui rerum seriem minus bene teneret, esse addita, aut memoriae errorem Ibn-Khalduno ipsi accidisse. Longe vero ab utriusque tum Condei tum Ibn-Khalduni relatione aberrant ea, quae habet Rodericus Toletanus (apud Aschbachum, T. I. p. 285 n. 15), quippe qui narret, ipsum Hairanem contra Abdorrahmanum conspirasse eique necem paravisse. Condei autem narrationem unice veram esse, rerum, quae acciderunt, series unicuique satis persuadet. Ceterum observandum est, minus etiam accurate scribere Ibn-Khaldunum, Mondhirum foedus pepigisse cum rege Galiciae et Barcelonae. Barcelonae enim imperabant Comites, minime a rege Galiciae pendentes, quique jam ab anno inde 887, regis Francici, cui antea parebant, dominio se subtraxerant et absolutum imperium usurparaverant. Ultimo loco observo, rari exempli constructionem tertiae speciei verbi نفس عن، si quidem lectio bene se habeat neque pro substituendum sit قى، ita esse explicandam, ut sensus sit: *ei invidebat principatum eumque ab eo averttere, eo privare, studebat.*

- 12) In voce Lexicon Geographicum haec habet: مكناسة بالكسن ثم السكون وتون وبعد مكناسة بالكسن ثم السكون وتون وبعد  
 الآلف سين مهملة مدينة بالغرب في بلاد البربر على البر الأعظم بيتهما وبين مراكش  
 أربعة عشر مرحلة نحو المشرق وهي مدينة صغيرتان على نهضنا (تنية ييصاد leg.)  
 بينهما حصن جواد أحد عهـما (أحد عهـما leg.) قديمة والآخر محدثة قريباً وقيل مكناسة  
 حصن بالأندلس من أعمال مـاردة قبيل وبالغرب بلدة أخرى مشهورة يقال لها مـكناسة  
 الـزيتون حصينة مـكينة في طريق المـار من فـارس إلى سـلا على شاطئي الـبحر فيه مـينا  
 لمـراكب منها يـجتـلـبـ الحـنـطـةـ إلىـ شـرـقـ الـانـدـلـسـ .

*Micnasa urbs in Magrībo in regionibus Berberorum juxta planitatem magnam; inter eam et Marracischem iter quatuordecim dierum orientem versus; sunt vero potius duae urbes parvae in clivo albo, inter quas est castellum egregium; una earum vetus est, altera paucis annis condita: Alii vero dicunt: Micnasa castellum est in Hispania ex territorio Meridae. Secundum aliorum relationem aliud etiam oppidum celebre est in Magrībo, quod vocatur Micnasa-to'zzaitun (Micnasa olivarum), munitum firmum in itinere eorum, qui e Perside Salam proficiscuntur, ad litus maris, in quo est portus navibus recipiendis, unde deportatur triticum ad partem orientalem Hispaniae.*

Verosimilimum autem est, ex urbe ultimo loco a Lexicographo commemorata familiam Abdollahi ortam fuisse. Quae de eodem illo emporio reperiuntur في المشترك, vide apud Hartmannum in *Edrisii Africā* p. 175 n. 7 (2ae ed.). Cf. etiam Silvestre de Sacy in *Chrestom. Ar.* T. III, p. 342 n. 46,

niā, nempe in loco فَخْصُ الْبَلُوط dicto, prope Oretum<sup>13</sup>.

Hic igitur Abdallāh ibn-Maslama, quamvis ignobili loco natus<sup>14</sup>, ingenii dotibus excellens, ad notitiam pervenit Sabūri, praefecti Badajoci et provinciae ei adjacentis<sup>15</sup>. Qui quidem praeclarā juvenis īdole perspectā, Meridae eum praefecit; neque ullam

البلوط بلطف النبات فَخْصُ البلوط ناحية : البلوط  
13) Haec habet Lexicon Geographicum in voce البلوط تتصل باختور أوريط (باخُور أُوريط leg.) بين المغرب والقبلة وسهله منتظم بجبال منها جبل البرانس وفيه معادن التبييق ومنها يُحمل إلى جميع البلاد وفيه الزنجفر الذي لا نظير له وقلعة البلوط بحقلية

*Al-Ballut* — (*ita plane pronuntiatum, ut vocabulum quod querum significat*) — *Phahso'l-ballut* (*locus habitatus quercubus consitus*) est tractus in Hispania contiguus terrae depresso in quā situm est Oretum, inter occidentem et meridiem: planities vero ejus adjuncta est montibus, in quibus est Mons Baranos (*Marianus*). Sunt autem eo loco fodinae argenti vivi, ex quibus deportatur in omnes regiones. Reperitur etiam ibi cinnabaris cuius similis nusquam alibi exstat: et (*quercus nomine etiam appellatur*) castellum al-Ballut in Siciliā.

Hoc autem loco considerato, nonnullis non improbat videbitur; Abdollahum appellatum fuisse ab eo castello مكتنasa in provinciā Meridae sito, quod commemorat L. G. Id enim fortasse pertinuisse ad tractum Phahs'olballut, qui non ita procul etiam a Merida situs est, ita ut censendum esset, familiam Abdollahi hanc arcem tenuisse eumque in eā natum esse. Cum vero hoc repugnet iis, quae narrantur de Abdollaho nullo generis splendore claro, statui tamen potest, parentes ejus ad arcis territorii incolas pertinuisse.

14) Quod Casirius, qui Tomi II. p. 66 refert, Abdollahum nullo generis splendore clarum, et p. 212, nullā parentum laude commendabilem fuisse, eum p. 41 genere clarum appellat, significare videtur, eum ad tribum originis pure Arabicae pertinuisse.

15) Memoratur hicce Sabur apud Condeum T. I. p. 457 vs. 1 a fin., p. 485 vs. 12, p. 489 vs. 6 a fin., et T. II. p. 12 vs. 24 seqq. Cf. etiam Cl. Weijersii Specim. Crit. p. 74 in ann. 39, qui conjectit, ab hoc Saburo, qui origine erat Persa, nomen habere شَصُّ الْفَارِسِيِّ, cuius mentio occurrit in loco Ibn-Zeiduni, ejusdem Spec. p. 22 vs. 1. Ceteroquin apud nullum aliud historicum praeterquam in loco Ibn-Khatibi (apud Casirium T. II. p. 212), quem paragrapgo praecedente edidi, memoratum reperi cognomen Saburi الفتى. Si lectio bene se habet, illud significat liberalē, generosum animo. Verum magna me tenet suspicio, الفتى corruptum esse ex شَصُّ الْفَارِسِيِّ vel الفتى. Graviter etiam erravit Casirius, cum T. II. p. 41 scriberet, Saburum Khalifa Aegyptii al-Mostansiri, qui ab anno 427 ad 487 imperium tenuit, fuisse libertum. Causa erroris in eo quaerenda est, quod al-Hacam Khalifa Hispanus, in cuius aulā versatus est Saburus, aequo atque ille Fatimida, al-Mostansiri nomen gerebat.

postea majoris momenti perfecit rem nisi cognitâ ejus sententiâ <sup>16</sup>. Cum autem Sabûrus, rebus in Hispaniâ jam turbatis, moreretur, Abdollâhi tutelae liberos suos commisit; ille vero beneficiorum, quae a patre ipsorum in se essent collata, immemor, ambitione regnandique cupidine abreptus provinciâ eos expulit et imperium sibi arrogavit <sup>17</sup>.

Quum de tempore, quo Abdollâh imperium capessiverit, in historicorum libris, quos quidem adire potui, nihil traditum reperiatur, incertum etiam est; an hoc locum jam habuerit ante annum 400, quo relatum invenimus, ex occidentali Hispaniae parte exercitus missos fuisse ut auxilium ferrent Solaimâno al-Mostâinbillah <sup>18</sup>. Videntur igitur, qui tunc temporis hanc Hispaniae partem tenebant, imperio Mohammadis al-Mahdiji, a quo Khalifam legitimum Hischânum occisum esse putarent, se submittere recusantes, Solaimâno militum praetorianorum praefecto se adjunxisse, ut de regno usurpato eum deturbarent<sup>19</sup>. Ad mortem vero Solaimâni usque partibus ejus fideliter addicti manserunt: proelio enim quo ille victus est, paulo ante eam anno 407 commisso, adfuerunt etiam auxilia ex occidente Hispaniae <sup>20</sup>. Imprimis Solaimân eos sibi devinxerat, imperium hereditarium in terrae fractus quibus praeerant iis tribuendo <sup>21</sup>: in iis vero in quos hoc beneficium contulit, memoratur etiam Ibno-l-Aphtas <sup>22</sup> de quo agimus: ita ut certum sit eum, si minus antea, ultimis certe Solaimâni temporibus imperium Badajoci gessisse.

16) Non ausim tamen cum Casirio affirmare, Abdollahum Saburi fuisse Vezirum (T. II. p. 213) vel ei fuisse a secretis (p. 212). Veziri quidem munus tum demum eum gessisse statui potest, si Sabur jam absolutum imperium Badajoci sibi arrogavit: id quod eum fecisse colligere e narratione Casirii (T. II. p. 66.) qui Lusitaniae *Regem* eum appellat. Ceterorum vero historicorum relationibus id repugnat.

17) Sic solus rem proponit Casirius (T. II. p. 66): ceteri historici de Saburi liberis ne verbo quidem mentionem injiciunt.

18) Conde T. I. p. 562 vs. 17, p. 563 vs. 12 a f.

19) De his cf. Conde, T. I. p. 554—560.

20) Cf. Conde, T. I. p. 584.

21) Cf. Conde, l. c. p. 577 vs. 15.

22) Cf. Murphy, citatus ab Aschbacho T. II. p. 269 n. 33, et Ibn-Khaldun T. IV. p. 20 A. vs. 10,

وَظَاهِرُ الْمُسْتَعِينِ أَنْ قَدْ اسْتَحْكَمَ أَمْرُهُ وَتَوْقِيتُ الْبَرَاطِيرَةِ وَالْعَبَيْدِ عَلَىٰ:   
الْأَعْمَالِ فَلَوْسُوا الْمَدِنُ الْعَظِيمَةُ وَتَقْلِدُوا الْأَعْمَالِ الْوَاسِعَةَ مُثِلَّ بَلَادِيْسَ بْنَ حَبْوَسَ فِي غَرْنَاطَةِ   
وَمَحْمَدَ بْنَ عَبْدِ اللَّهِ الْبِرْزَالِيِّ فِي قَرْمُونَةِ وَلَبُو (وَابْنِ leg.). نُورَ بْنَ أَبِي قَمَرَةِ الْبَقْرَنِيِّ فِي   
رَنْدَةِ وَنَلْوَحِ الْمَدْسِرِيِّ فِي اَرْكَشِ وَخَرْزَوْنَ بْنِ عَبْدِقَوْنَ فِي شَرِيشِ وَغَيْرِهِمْ وَاقْرَنَ شَهْدُ   
الْجَمَاعَةِ بِالْأَنْدَلُسِ وَصَبَارُ الْمَلَكِ طَوَائِفَ فِي آخَرِيْنِ مِنْ أَهْلِ الدُّولَةِ مُثِلَّ أَبِنِ عَبَادِ   
بَاشِبِيلِيَّةِ وَابْنِ الْأَفْطَسِ بِبَطْلِيُوسِ النَّجَفِ

Minime mirandum est provinciarum praefectos, qui Solaimāni partes fuerant secuti, ne post ejus quidem necem Alio ibn-Hammūd Idrisitae, quamvis se a Khalifā Hischāmo regni heredem esse institutum prae se ferenti, obedientiam praestitisse, sed avidè occasionem sibi oblatam arripuisse absolutum terrae tractuum, quibus praeerant, imperium sibi arrogandi. Inter eos autem, qui se Khalifae Cordubensis dominio subtraxerunt, fuisse etiam Abdollāhum ibno-l-Aphatas, diserte quidem ab historicis non traditur, verum satis inde apparere puto, quod in eorum numero etiam commemoretur praefectus (الى). Meridae, quam urbem quoque imperio suo complectebantur Badajoci domini. Regni absoluti igitur Aphatasidarum initium probabiliter statuendum est ab anno H. 407 (C. 1016) <sup>23</sup>.

Regium titulum assumxit Abdollāh ibno-l-Aphatas, atque simul cognomen al-Mansūri ei datum est <sup>24</sup>. Non effūgit vero increscens ejus potentia aciem al-Motadhidi ibn-Abbād regis Hispalis, viri ambitiosissimi et regni sui fines extendendi cupidissimi. Post annum igitur 418, cum pacem cum Mohammade ibn-Abdollāh Birzālita, Carmonae domino, composuisset, belli adversus Aphatasidam suscipiendo socium eum assumxit. Copiis suis praecepit filium Ismailum. Obviam iis venit cum exercitu Mohammad, postea al-Modhaffar cognominatus, Abdollāhi filius. In fugam autem versi sunt regis Badajoci milites, ipseque Mohammad à Birzalitā captus est; post aliquod vero temporis spatium libertati restitutus <sup>25</sup>.

---

*Et putavit Solaiman firmatum esse regnum suum; et irruerunt Berberi et servi in provincias; et praefecti fuerunt urbibus magnis et imperium acceperunt provinciarum amplarum; veluti Badis ibn-Habus Granatae et Mohammad ibn-Abdollah al-Birzali Carmonae et Abu-Nur ibn-Abi-Korra al-Jaforani Rondae et Nouh ad-Damri Arcosi, et Khazrun (?) ibn-Abdun Scharischae (Xeresi) aliisque; et discissa est societas Moslemorum in Hispania, et exstitit regnum in varias partes distractum inter alios etiam (quam Berberos istos) ex dynastiae (Omaijadarum) ministris; veluti Ibn-Abbadum Hispali et Ibno-l-Aphatasum Badajoci.*

23) Cf. Conde; T. I. p. 587, ubi male dicitur Alius die 13º Djomadae alterius anni 408 Khalifa fuisse proclamatus, cum tamen p. 586 narretur die octavo Moharrami anni 407 Cordubam intrasse et Solaimanum morte affecisse; nulla autem excogitari posset ratio, cur post annum et quod excurrit demum Khalifatus honores sibi assūmisset: bene igitur hunc errorem evitavit Aschbachus, scribens T. II. p. 275, utramque rem anno 407 locum habuisse.

24) Hoc ejus cognomen causa exstitit erroris gravissimi, quem reperimus in loco Ibn-Khalduni de regibus Badajoci praecedente paragrapho edito; ubi dicitur Abdollah ibno-l-Aphatas absolutum Badajoci imperium sibi arrogasse anno H. 461, cum tamen eodem loco narretur illius filius et successor Mohammad al-Modhaffar anno 460 mortem obiisse. Verum confudit is qui scripsit verba وَرَبِعَةً — وَسْتَبْدَدَ (quae non ab Ibn-Khalduno sed a librario quodam profecta esse puto) Abdollahum cum ejus nepote Jahja, Omaris al-Motawaccili fratre, qui itidem المنصور cognomen gessit et reverā anno 461 regnum accepit.

25) Apud neminem alium haec reperiuntur nisi apud Ibn-Khaldunum duobus locis se invicem

Ab alieno tamen imperio immunem se servavit Abdollāh: neque etiam curavit epistolas, quibus Ibn-Djahwar, qui post discessum Hischāmi, ultimi ex Omajadis Khalifae, anno

الخمر عن بنى عباد ملوك اشبيلية وغرب الاندلس وعن illustrantibus: alter reperitur in T. IV. p. 24 A vs. 4):

شم تحارب مع عبد الله الاخطس. (ابن الاخطس. leg. صاحب بطليوس وأخوه ابنه اسماعيل في عساكرة وعده محمد بن عبد الله البرزالي خليفة المظفر ابن الاخطس فهزمه وأسر المظفر اسره البرزالي الى ان اطلقه بعد حين

*Deinde bellum gessit (al-Motadhidus) cum Abdollaho ibno-l-Aphtas domino Badajoci; et ad expeditionem contra illum suscipiendam misit filium suum Ismailum cum exercitibus suis; eum autem comitabatur Mohammad ibn-Abdollah Birzalita; et obviam ei venit al-Modhaffar Aphtasida. In fugam vero eum converterunt et captus est al-Modhaffar; cepit eum Birzalita (eumque in vinculis retinuit), donec eum dimisit aliquanto interjecto temporis spatio.*

De tempore quo haec locum habuerunt, aliquā ex parte certiores nos reddit alter locus, بِرْزَالِيٰ in libro v. in T. V. p. 28 B. الخبر عن بنى بِرْزَالِيٰ qui reperitur احدي بطون دُمْرٍ وما كان لهم من الْمُلْك بقرونها وأعمالها (بِرْزَالِيٰ hoc nomen scribitur) quique haec offert:

وكان بينه (محمد بن عبد الله البرزالي) وبين المعتصم بن عبد حرب وظاهر عليه يحبني بن على بن حمود في منازلة اشبيلية سنة ثمان عشرة (ثماني عشرة. leg. شم اتفق مع ابن عباد بعدها وظاهره على عبد الله بن الاخطس وكان بينهما حرب كانت الديرة (الدائمة. leg. فيها على ابن الاخطس وتحصل ابنه المظفر قائد العسكر في قبة محمد بن عبد الله بن اسحاق الى ان من عليه بعد ذلك واطلقه

*Et fuit inter eum (Mohammadem ibn-Abdollah Birzalitam) et al-Motadhidum ibn-Abbad bellum, et auxilium tulit contra eum Jahjae ibn-Ali-ibn-Hammud cum oppugnaret Hispalin anno (4)58. Deinde societatem iniit cum Ibn-Abbado post hoc (bellum) et auxilium ei tulit contra Abdollahum ibno-l-Aphtas: et fuit inter eos bellum, in quo victus est Aphatasida; et pervenit filius ejus al-Modhaffar dux exercitus in potestatem Moharradiis ibn-Abdollah ibn-Ishak, donec benignitate erga eum usus est eumque liberum dimisit.*

De expeditione Jahjae ibn-Ali contra Hispalin susceptā, quae exitiā ei extitit, cf. Conde, T. I. p. 608—610, ubi narratur Idrisita occisus esse septimo die Moharrami anni 417, cum in loco ibn-Khalduni referatur anno adhuc 418 Hispalin oppugnasse. Idem historicus in capite de Hammuditis refert, Jahjam al-Motalium, de quo agimus, anno demum 429 fuisse occisum.

H. 422 imperium Cordubae susceperebat, ut obedientia a provinciarum praefectis sibi prae-staretur, postulabat. - Imo tam parum eorum rationem habuit, ut brevi post filium Mo-hammadem successorem designaret<sup>26)</sup>.

ثم نقص اهل قرطبة طاغة المعتلي سنة : Ibi enim legimus (T. IV. p. 22 A vs. 7 a fine) : سبع عشرة وصرفوا عامله عليهم ابن عطاف وبنانيعوا للمعتمد أخي الفرزصي ثم خلوعه كما ذكرنا في خبره واستبدل بأمر قرطبة الولير جهور بن محمد كما ثذكرة في أخبار ملوك الطوائف وأقام المعتلي بتاجتهم وبسرد (باجيهم بيردد leg. العساكر لحصارهم إلى أن انتفقت الكفارة على إسلام المدائن والحسينون له فعلاً سلطانه واستبدل أمراً وظاهره محمد ابن عبد الله البرزالي على أمره فنزل عنده بقرونفة يحاصر منها ابن عباد باشبيلية إلى أن حلّت سنة تسع وعشرين بمداخلة ابن عباد للبرزالي في اختياله فركب المعتلي يتحمل أغراض (يتحمل على غزارة leg.) على مسكنه بقرونفة من جند ابن عباد وقد أكملوا له فكتبا به فرسه وقتل وتولى قتله محمد بن عبد الله البرزالي وانقطعت دولة بنى حمود بقرطبة

*Deinde violavit populus Cordubensis obsequium al-Motalii (Jahjae ibn-Ali) anno (4)27: et expulerunt eum qui ab illo ipsis erat praefectus, Ibn-Itafun: et Khalifam salutarunt al-Motamidum (quem Condeus appellat Almotad, p. 610) fratrem al-Mortadii; deinde eum imperio privarunt sicuti commemoravimus in historiā ejus, et absolutum Cordubae imperium sibi arrogavit Djähwar ibn-Mohammad Vezirus, quemadmodum commemorabimus in historiis regulorum; et conimoratus est al-Motali in eorum tractu, identidem exercitus reducens ut eos obsideret, donec omnes consenserunt de urbibus et castellis ei tradendis. Alte tum se extulit ejus dominatus et absolutum fuit ejus imperium. Auxilium ei ferebat Mohammad ibn-Abdollah Birzalita in re ipsis; castraque sua posuit apud eum Carmonae; obsidione premens ex ead Ibn-Abbadum Hispani versantem, donec interiit anno (4)29 cum Ibn-Abbadus Birzalitam eo adduxisset ut eum perderet. Cum enim equo veheretur al-Motali, impetum faciens in copias quae invaserant castra ipsius Carmonae posita, ex exercitu Ibn-Abbadii, (insidias autem ei struxerant), equus ejus undū cum eo concidit, et occisus est; caedi vero ejus praecērat Mohammad ibn-Abdollah Birzalita et finem cepit regnum Hammuditarum Cordubae.*

In ceteris quidem major fortasse ibn-Khalduno, quippe accuratius res proponenti, quam Condeo, fides habenda. Necem vero Jahjae minime anno demum 429 accidisse, rerum gestarum series satis docet. Verum error chronologicus inde repetendus est, quod ibn-Khaldun cladem Jahjae ibn-Hammud Idrisitae confudit cum alio proelio, in quo Idrisitae Malagae domini exercitus a Mohammedo fuga est, quodque eo ipso anno 429 locum habuit. Vid. Aschbach, *Gesch. Sp. und Port. zur zeit. der Herrschaft der Almoraviden und Almohaden*, p. 38.

26) Cf. Conde, T. II. p. 6 vs. 5, et p. 13 vs. 1.

Non diu post hanc successoris designationem <sup>27</sup> (quo verò anno non traditum reperi) mortem etiam obiit Abdollāh: Ejus vero filius Abū-Bacr Moham̄mad, quāmquā regni initio a ceteris Moslemorum in Hispaniā Regibus non vexabatur, eo graviore clade a Christianis fuit affectus. Ferdinandus enim I, Castiliae, Leonis, Galliciae et Asturiae rex, anno circiter p. Chr. n. 1037<sup>28</sup> (Hidjrae fere 428) partem septentrionalem regionum, quae hodie Portugalliae nomen gerunt, invasit, multasque ibi urbes et arcēs expugnavit. Cum autem bene perspiceret Badajōci dominus, ad cuius dominium hi etiam tractus pertinērent, se Christianorum copiis parem non esse, tributum iis pendere satius duxit; quam totum regnum in discrimen adducere <sup>29</sup>.

Quamquam igitur hac ex parte Aphtasidae potestas erat imminuta, potentissimis tamen Moslimorum Hispanorum Regulis etiam nunc erat accensendus. Verum maximum periculum ceterorum principiū Moslimorum omnium libertati minitabatur in dies increscens potentia Abūlhasani Jahjae ibn-Dhūl-nūn, ab anno inde 429 Toleti regis. Hic enim ab equitibus etiam Castilianis, quos conductuxerat, adjutus <sup>30</sup>, vehementer premebat. Mohammadem ibn-Djahwar, regem Cordubae. Diversis jam proeliis Cordubenses fugaverat, multasque urbes in eorum regni limitibus sitas occupaverat, atque eo adduxerat rem, ut exercitus Mohammadis non amplius aperto marte Toletanos aggredi auderet. Cum igitur rex Cordubensis perspexisset, se Toleti regi parem non esse, amicitiam et auxilium regum vicinorum petiit. Convertit se ad Mohammadem ibn-Abbād, Hispalis Regem, et Mohammadem de quo agimus, Badajoci dominum; agnovit eos absolutos terrae tractuum quos tenebant dominos, rogavitque ut secum regis Toletani violentiae se opponerent, quae non sibi tantum, sed omnibus etiam Moslimorum Regibus servitutem portenderet. Cum autem Ibn-Abbād, bello, quod cum Idrisis gerebat, occupatus, declararet a se non multum auxilii esse sperandum, Aphtasida contra copias suas liberaliter Cordubensi obtulit, et epistolis missis regi Hispalensi persuasit, ut cum ipso et Mohammadibn-Djahwar foedere se conjungeret ad impetum regis Toletani coērcendum. Ibn-Abbād vero pro-

27) Cf. Casirius T. II. p. 42. »Morti demum proximus, (Abdalla) Mohamedo filio, qui Almozapherus nuncupatus est, regnum obtulit.»

28) Hoc fere tempore Ferdinandi expeditionem locum habuisse, appareat ex duobus Aschbachii locis inter se collatis. Narrat enim in libro *Geschichte Spaniens und Portugals zur Zeit der Herrschaft der Almoraviden und Almohaden*, T. I. pag. 18, sagittarium, a quo occisus erat Alphonsus V, decimo post hanc caēdem anno, in urbe Visco a Christianis, qui eam Ferdinandu duce expugnassent, fuisse trucidatum; Tomi. autem II. operis *Geschichte der Omaijaden in Spanien*, pag. 308, refert Alphonsum fuisse occisum die 13<sup>o</sup> Maii anni 1027.

29) Cf. Aschbach *Gesch. Sp. und Portugals zur zeit der Herrschaft der Almorav. und Almoh.* T. I. p. 8 et 9.

30) Cf. Aschbach, l. c. p. 46 vs. 11 a f.

pterea tantum eo se adduci patiebatur, quod sic sibi potentiam augendi et confirmandi occasionem dari existimat; nihil autem talis consilii Regi Badajoci tribuendum. Ut autem foedus feriretur, anno 443 Vezirum Ajubum ibn-Amir ibn-Jahja Jahsobitam <sup>si</sup> Hispalin

- 31) Praeter locum, ubi res, quas narramus, traduntur in Condei opere, adhuc hicce Ajub memoratur T. II. p. 17 vs. 11 a f.: ubi refertur ejus etiam fortitudine fuisse effectum, ut Ibn-Abbadus reges Malagae, Granatae et Cordubae, qui inita societate bello ipsum petiissent, fugaverit terrisque suis expulerit: Ajubum vero, meritorum suorum in regem Hispalensem sibi conscientia, tantos sibi sumsisse<sup>\*</sup> animos, ut urbibus Huelbae et Saltiso, quibus esset praefectus, ita imperaret, quasi a nullius penderet imperio. Si igitur haec bene se habent, statuendum est, Ajubum huncce postea Ibn-Abbadis partes reliquisse, et ad Badajoci regem transiisse. At verosimillimum est scriptorem, a quo sua repetierit Condeus, confudisse Ajubum cum Abdolazizo al-Bacri; inter cujus in Abbadidas merita Casirius T. II. p. 46 col. 1 etiam refert, illo duce Mohammadem ibn-Abdallah Carmonae principem bello fuisse superatum. Obiter observo, in Casirii loco citato, in verbis: »Ejusdem consilio et »operā Almotamedi filius, Abadus nuncupatus, Cordubae constituitur rex" pro *Almotamedi filius* substituendum videri *Almotamedi pater*: Cf. Conde T. II. p. 37. Quod vero ad confusionem Ajubi al-Jahsobi cum Abdolazizo al-Bacri attinet, similis rei exemplum reperitur in ejusdem operis T. I. p. 614 vs. 15, ubi Abdolazizi filius dicitur nomen gessisse Obeidalae ben Abdelaziz el-Yahsehi, cum tamen pater ejusdem paginae vs. 20 appelletur Abdelaziz el-Becri. Nomen autem patronymicum al-Jahsobi sine dubio minime competit Abdolazizo, qui ceteris omnibus Condei locis et apud Ibn-Khaldunum etiam, loco mox afferendo, nomen gerit Bacritae. Jahsobitae enim originem trahunt a Jahsobo filio Malici. Cf. locus ex Historiā Granatensi apud Casirium T. II. p. 252. Erat autem hic Malicus, ut videtur, Cinanae filius, a quo etiam originem trahere leguntur in Pocockii *S. H. A.* p. 50 vs. 9 et 16: alter enim Malicus, qui commemoratur ejusdem pag. vs. 21, unum tantummodo habuit filium, <sup>فُلَيْهِ</sup>, dictum. Cf. Abulfadai Exc. ad calcem operis cit. p. 488 vs. 7 a f. Duplex vero exstitit tribus Bacritarum: quarum una originem repeatbat a Bacro ibn-Wajil (cf. l. c. p. 47 vs. 10), altera ab Abd-Manaho Malici, Jahsobi patris, fratre (cf. ibid. p. 50 vs. 11). Cum igitur inter se nimis differant familiae Jahsobitarum et Bacritarum, quam ut viro <sup>فَد</sup> alterutram earum pertinenti nomen patronymicum alterius tribui possit; manifesto appareat, Condeum hic etiam errorem commisisse et filium Abdolazizi Bacritae cum filiis Jahjae Jahsobitae, quoniam in eodem Hispaniae tractu imperium exercerent, confudisse. Cum igitur hujus erroris collatione suspicio confirmari videatur, in loco, de quo agimus, etiam de Ajubo Jahsobita immerito mentionem injici; ex alterā tamen parte observandum, Condei narrationem fortasse defendi posse collato loco Ibn Khalduni T. IV. p. 24 B. vs. 11, ubi haec leguntur: <sup>بِلْيَةٌ تَاجُ الدِّينِ أَبُو العَبَّاسِ أَحْمَدُ بْنُ يَحْيَى</sup>

misit, quo praeter legatum regis Cordubensis alii etiam hoc occasione convenerunt viri principes, in his dominus Liblae, Mohammad al-Jahsobi, Aijubi frater, Abdolaziz al-Bacri, qui Huelbam et Saltisum imperio tenebat, et Mohammad ibn-Saïd, Santamariae et Ocsobae praefectus. Illi autem, quos nominatim commemoravimus, petierunt ut absolutum ipsorum agnosceretur imperium, atque ut liberi territorii, quod tenerent, domini

البيهقي ثار بها سنة اربع عشرة وخطب لها باونية (باونية 1). وشطبيش ومات سنة ثلاث وثلاثين وادى الى أخيه محمد وضيقه المعتصد فهرب الى قرطبة واستبد ابن أخيه فتح بن يحيى وانخلع للمعتصد سنة خمس وأربعين Liblae erat Tadjo-d-dinus Abu-l-Abbas Ahmad ibn-Jahja Jahsobita; seditionem in eâ urbe movit anno 434, atque in precibus publicis mentio illius facta est Huelbae et Saltisi; mortuus autem est anno 433, et testamento regnum tradidit fratri suo Mohammad. Hunc autem bello pressit al-Motadhidus (Hispalis rex), ita ut Cordubam fugerit. Tum absolutam sibi arrogavit potestatem Phath ibn-Khalf ibn-Jahja, ejus ex fratre nepos: imperio vero privatus est ab al-Motadrido anno 445. Cum hoc igitur loco tradatur, etiam Huelbae et Saltisi auctoritatem Ahmadis Jahsobitae fuisse agnitam; ex alterâ tamen parte Abdolazizum Bacritam has urbes imperio tenuisse constat ex relatione ejusdem Ibn-Khalduini, Tomo et paginâ citt. vs. 5, ubi haec habentur: وكان باونية وشطبيش (باونية 1). عبد العزيز الظاهر وكانت عساكر المعتصد بين عباد تخاصمه فشقق فيه ابن جهور للمعتصد فسالمه مدة ثم هلك ابن جهور فعاد الى مطالبه الى ان انخلع له عنها سنة ثلاث واربعين فولى عليها ابنه المعتمد Erat vero Huelbae et Saltisi Abdolazizus Bacrita: et exercitus al-Motadhidi ibn-Abbadi obsidione eum premebant. At intercessit pro eo Ibn-Djahwar (Djahwar ibn-Mohammad ibn-Djahwar, Cordubae Rex) apud al-Motadhidum; quare in aliquantum temporis pacem cum eo fecit. Deinde mortuus est Ibn-Djahwar (anno 435; cf. Conde T. II. p. 26). Tum denuo cum eo expostulavit, donec ab illo imperio earum urbium privatus fuit anno 443. Praefecit vero iis filium suum al-Motamidum.

Ita autem videntur hae narrationes, quae primo obtutu a se invicem discrepant, conciliari posse, ut statuas, anno 413 (si Condeo T. II. p. 14 fidem habes, anno 410) Ahmadem ibn-Jahja imperium absolutum urbium Liblae, Huelbae et Saltisi, sibi arrogasse; post annum vero 420 (cf. Conde T. I. p. 612 vs. 21, cum ejusdem Tomi p. 614) filium Abdolazizi Obaidollahum eum ad obsequium Hischami, ultimi ex Omajjadis Khalifae, reduxisse; tum vero ei ademtas esse urbes Huelbam et Saltisum, et Abdolazizum iis praefectum; qui vero mox ipse obedientiae Khalifae praestandae se substraxerit. Si vero nobis rerum seriem ita proponimus, eo verosimilius fit id, quod jam in hujus annotationis initio me suspicari dixi, in Condei narratione T. II. p. 17 Jahsobitae Aijubo male ea tribui, quae Bacritae tribuenda sint.

in foedus reciperenrur. Petitioni eorum, ut fratri gratificaretur et honori familiae suae consuleret, calculum suum adjecit legatus Badajocensis. At obstitit rex Hispalensis, declaravitque eos jure imperio suo esse subjectos eorumque potestatem a se pendere. Quamquam igitur hac de re inter principes non convenit, nihilominus foedus, quo mutuam sibi contra Toletani regis violentiam defensionem pollicerentur, priore Rabio hujus anni sanciverunt.

Ut autem rex Badajoci magnam sui exercitus partem miserat in territorium Cordubense, cui se adjunxerant copiae equestres dominorum Liblae, Huelbae et Osonobae, Ibn-Abbad occasionem sibi oblatam vidi, imperii sui fines adiectis iis urbibus, quarum praefectos absolutum sibi imperium petuisse supra commemoravimus, extendendi. Ipse enim majorem exercitus sui partem, in quantum nempe bello, quod cum Idrisita Malagae domino gerebat, non erat occupatus, quingentis tantum equitibus Cordubam missis, secum retinuerat. Misit igitur selectam equitum manum, cui filium suum, qui postea in regnum ei successit, Mohammadem al-Motamidum praefecerat, ut urbes istas in suam redigeret potestatem. Primum vero ille copiis suis pressit Mohammadem, dominum Liblae, qui quidem fugâ Cordubam se proripuit, quo facto Abbâdida Liblâ potitus est. Cum autem urbibus Huelbâ et Saltiso expugnandis esset occupatus, interim Liblae imperium sibi arrogasse videtur Mohammadis ibn-Jahja e fratre nepos, Phathî ibn-Khalph ibn-Jahja: huic vero bellum intulisse Aphtasida Mohammad al-Modhaffar, cuius scribimus historiam, ut jura patrui contra nepotis arrogantiam defenderet. Cui se opposuit Hispalis princeps, non tam ut Phatho Liblæ dominium constaret, quamvis id prae se tulisse videatur, verum potius metu ductus, ne imperium hujus terrae tractus, quem regno suo adiungere uterque jamdiu in votis habuisset, cum Aphtasidâ communicare cogeretur. Res bene cessit Hispalensibus: multa loca munita et castella, regis Badajoci dominio subjecta, expugnaverunt, et post duas clades, in quarum utrâque magna pars copiarum caesi, al-Modhaffarum, qui ipse dux erat exercitus, Badajocum confugere coegerunt. Ne vero amplius etiam in se invicem saevirent, prohibuit sapiens regis Cordubensis consilium, quo iis persuasit, ut considerantes, quanti momenti his imprimis temporibus esset Moslimorum Hispanorum concordia, pacem inter se componerent<sup>32</sup>. Quod tamen non impedivit Abbâdidam, quominus Santamariae etiam dominum imperio privaret<sup>33</sup>: quin imo anno jam 445 ipse ille, cuius causam paulo ante susceperebat, Phath ibn-Khalf, urbem Liblam ei tradere coactus est.

32) Sic puto historiæ seriem, collatis iis, quae narrat Condeus, T. II. p. 28—32, cum Ibn-Khal-duni locis, quos in §. superiore et in annotatione proxime praecedente attuli; constituen-dam esse.

33) Cf. Condei relatio T. II. p. 32, cum iis quae habet Ibn-Khaldunus l. cit. vs. 7 sqq.; quae-

Non videtur post hoc tempus Mohammad al-Modhaffar in rebus Hispanis magnas partes egisse, cum potentia ejus ab Hispalis rege esset depressa. Certe ab historicis nihil amplius de eo memoratur, nisi ejus copias, cum Hispalensium et Cordubensium exercitibus conjunctas, variâ fortunâ adversus regem Toletanum pugnasse <sup>34</sup>. Neque etiam prohibere potuit ea, quae al-Motadhidus postea ut potentiam suam augeret machinatus est feliciterque perfecit. Praeterea anno etiam 1064 (H. 455) a rege Ferdinando post obsidionem sedecim mensium urbs Coimbra ei fuit erepta atque denuo tributum ei impostum <sup>35</sup>. Aliquantum autem lenimenti calamitati ejus attulit, quod reges Christianorum post Ferdinandi mortem, quae paulo post die 27 Decembris anni proxime sequentis 1065 accidit, mutuis discordiis impedirentur, quominus Moslimis molestiam crearent. Majus vero fortasse solatium ei attulerunt literarum studia, quae summopere diligebat. Testis hujus elegantis viri doctrinae fuit opus, in quo singularia facta et praecipuas historiae partes retulit, et de quo mentionem facit Abdolwâhid al-Marrâcîchi; atque, siquidem Ibno-l-Khatibi narratio in loco, quem §. praecedente ex Casirii Bibliothecâ Arabico-

que proxime excipiunt ea, quae de Abdolazizo Bacrita imperio privato in ann. 22 attulimus: ثم سارت (عساكرة add. vid.) إلى شلّب وبها المظفر أبو الأصبع عيسى بن القاضي أبي بكر محمد بن سعيد بن مُزِّين ثار بها سنة تسع عشرة ومات سنة ثنتين وأربعين فسار إليها المعتضد وملكتها من يده ابنه ونقل إليها المعتضد قنصلها واتخذها دار إمارة ثم سار إلى شترية وبها المعتصم محمد بن سعيد بن هارون فانخلع له عنها سنة تسع وثلاثين وأضافها للمنتظم. Deinde profecti sunt ejus (al-Motadhidi) exercitus Xilben; in eâ vero urbe erat al-Modhaffar Abu-l-Asgar Isa filius Judicis Abu-Bacri Mohammadi ibn-Said ibn-Mozain; qui in eâ seditionem excitavit anno 439 et mortuus est anno 442. Profectus autem est eam versus al-Motadhidus, eamque cepit e manu (eripuit dominio) filii ejus: et in eam transmigrare jussit al-Motamidum. Ille vero domicilium suum ibi posuit eamque fecit imperii' sedem. Deinde proiectus est Santamariam; in eâ vero urbe erat al-Motasim Mohammad ibn-Said ibn-Harun; qui ab eo imperio privatus est anno 439. Ille vero eam tribuit al-Motamido.

Nescio autem, quo factum sit, ut Ibn-Khaldun, cuius ipsa narrationis series declarare videtur, Santamariam ab al-Motadhidō tum demum fuisse occupatam, cum jam Huelbam, Saltisum et Xilben in suam redigisset potestatem (id quod imprimis indicat particula <sup>ثُمَّ</sup>, a quâ narratio de al-Motasimo imperio privato incipit), tamen narraverit, anno jam 439 hanc rem locum habuisse. Evidem nisi certum, at verosimillimum esse puto, Condei, anno 444 hoc accidisse tradentis, narrationem bene se habere.

34) Cf. Aschbach, l. c. p. 48.

35) Cf. Aschbach, l. c. p. 15.

Hispanâ transscripsi, bene se habet, etiam ejus scriptum, الْتَذْكِرَةُ (commemoratio) appellatum, quinquaginta voluminibus constans <sup>36</sup>.

Mortuus est al-Modhaffar anno H. 460. Successit ei filius ejus Jahja, qui cognomen al-Mansûri sibi assumxit. Neque tamen jam ab initio secura regni possessio ei obtigit. Noluit enim ipsius auctoritati se submittere ejus frater Abû-Mohammad Omar, cui eorum pater Evoræ et provinciae circumiacentis praefecturam commiserat <sup>37</sup>. Videtur autem absolutum hujus terrae tractus imperium affectasse. Haec vero fratrum discordia in causâ fuit, cur rex Badajoci regis Toletani violentiae, Emîrum Valentiae imperio pruantis et in dies majores animos sumentis, se opponere nequiverit <sup>38</sup>. Tantopere autem hi principes a se invicem erant alienati, ut ne tum quidem, cum non amplius apertâ iniicitâ se invicem peterent, ita plane concordia inter eos fuerit restituta, ut nullus suspicioni et delatorum calumniis locus relinquetur <sup>39</sup>.

Maximopere autem his temporibus crevit potentia Mohammadis al-Motamidi, regis Hispalensis, ab anno inde 461 patris al-Motadhibi successoris. Imprimis vero in id erat intentus, ut regnum Toletanum everteret, cum sibi persuasum haberet, si ab hac parte nihil ipsi esset metuendum, non adeo difficile fore, cetera Moslimorum regna, quae et viribus essent inferiora et undique hostibus circumdata, sibi subjicere. Ut haec res bene sibi cederet, necesse esse intelligebat Alphonsum, Castiliae Leonis et Galiciae regem,

36) Ex nomine efficeres, illud argumenti fuisse historici; nulla autem ceteroquin de hoc opere apud Hadji-Khalifam mentio occurrit, quamvis permulti libri, idem nomen gerentes, in ejus Lexico citati sint. Per memoriae errorem Casirius, T. II. p. 41, hoc opus Abdollaho, al-Modhaffari patri, tribuit.

37) Narrat Casirius ex auctoritate al-Kodhaiji (T. II. p. 41) »Omarum Baezae Praetorem a pātre fuisse creatum.“ Pro Baezâ sine dubio reponendum est *Beja*; in errorem vero inductus est Casirius eo, quod nomen urbis Arabice scribitur بجا. Quamvis autem a vero-similitudine minime abhorreat, urbem Bejam; ab Evorâ non ita procul distantem, praefecture, Omaris curae demandatae, fuisse adjunctam; fortasse tamen hic etiam Casirio, sive per ipsum negligentiam, sive Codicis quo usus est vitio, accidit, ut pro المَوْلَى بِبَاجَةِ male legerit المَوْلَى بِبَاجَةِ. Cf. ea, quae conjectimus de verbis Ibn-Khalduni, quem §. praecedente edidi. In eodem vero illo Ibn-Khalduni loco valde dubito, an recte se habeat praenomen Abu-Hafs, Omo tributum, cum alibi semper ut ejus memoretur *Abu-Mohammad*.

38) Cf. Conde, I. c. p. 44; Aschbach, I. c. p. 52. Fortasse haec al-Modhaffari filiorum discordia etiam effecit, ut anno demum 461 Jahja regnum accepisse narretur. Cf. ann. 24.

39) Apparet hoc ex loco Ibn-Khakanis, quem Capite secundo editurus sum.

foedere cum rege Toletano conjunctum, ad suas partes perducere. Ille vero, immemor se quondam regno profugum a Toleti rege al-Mamūno, Jahjae al-Kādir-billahi avo <sup>40</sup>, hospitaliter fuisse exceptum, cum al-Motamido foedere se conjunxit et arma sua contra Toletum convertit. Nemo autem e principibus Moslimis auxilium Toletanis ferre poterat, nisi rex Badajoci, ceteris domi aliis bellis occupatis. Ab hoc igitur opem petiit Toleti rex; neque repulsam tulit. Celeriter cum exercitu ad eum profectus est ipse Jahja al-Mansūr. Cum autem Alphonsus nunc eo tantum consilio in territorium Toletanum irruisset, ut agros devastaret et urbem arcesque circumiacentes commeatu privaret, satius duxit in praesenti ad regni sui fines reverti, quam cum Aphtasidā proelium committere. Hic vero hunc Alphonsi abitum, ut videtur, metui tribuens, necesse non duxit amplius in viciniā Toleti commorari, et in regnum rediens, urbem Meridam intravit, ut paulisper ibi ab itineris molestiā requiesceret. Cum autem in hac urbe versaretur, repentinā morte oppressus est anno H. 473 (C. 1082).

Magnum sui desiderium reliquit apud gentem Badajocensem, quam imperio egregie gesto sibi devinxerat. Cum filium non relinqueret, regnum pervenit ad fratrem ejus natu minorem Omarem al-Motawaccilum. Laudant historici hujus principis fortitudinem bellicam, cujus in juventute jam specimina dederat, non minus quam justitiam et humanitatem <sup>41</sup>. Praefecturam Evorae, quam ipse fratre vivente tenuerat, tradidit filio suo al-Abbāso <sup>42</sup>. Meridam vero alii ex filiis suis, al-Phadlo <sup>43</sup> dicto, commisit: uter-

<sup>40</sup>) Jahjam al-Mamuni fuisse nepotem, non vero filium, quemadmodum narratur a Condeo, T. II.

الخبر عن بنى ذى النون p. 55 vs. 3 a. f., appareat e loco Ibn-Khalduni in capite inscripto.

ملوك طليطلة من الشغرة الحقوية وتصاريف امورهم ومصائر احوالهم Narratio de filiis

Dhu-l-nuni regibus Toleti e limite septentrionali et conversionibus statūs eorum et exitu rerum

القادر ياجي بن اسماعيل بن ذى النون ubi Jahjam appellat

المامون ياجي بن ذى النون Cf. etiam Aschbach, l. c. p. 55 vs. 4 a. f.

<sup>41</sup>) De Omaris humanitate mentionem etiam facit Casirius T. II. p. 41 his verbis: »Saevitiam summa humanitate, ac mira comitate simulabat: adeo ut nemo tam humiliis esset, cui non ad eum aditus pateret:» quibus significari videtur, eum non minus humanum se praebuisse iis, qui opem implorandi causā ipsum adirent, quam severum adversus eos, qui scelus aliquod commisissent. Minus bene igitur Casirius saevitiae vocabulo usus est, cum scribere debuisset severitatem. Verbum vero simulare adhibuit significatione aequandi, quā apud veteres etiam poetas Latinos nonnunquam usurpat, qui tamen solent cum dativo, non cum ablativo illud construere.

<sup>42</sup>) Apud Condeum, p. 64 vs. 3 et 6, male scriptum est Zabora loco Jabora.

<sup>43</sup>) Apud Condeum, l. c. vs. 11, typothetae errore legitur Alfadad.

que vero praestantiā ingenii et morum patri erat similis <sup>44</sup>.

Non diu vero pace et securitate frui Omari licuit. Alphonsus enim, qui per quinque annos identidem expeditionibus susceptis Toletanos fatigaverat, agros eorum ferro flammisque devastaverat arcesque complures occupaverat, tandem anno H. 477 ipsam Toletū urbem obsidione cinxit. A nemine autem alio auxilium sperare rex Toleti poterat, nisi ab Omare. Cujus igitur etiam opem imploravit; neque is, quamvis ne ipsius quidem regnum ab omni parte tutum esset, cum Hispalis rex bello eum peteret, licitum esse putavit auxilia denegare, imprimis cum de salute ageretur urbis, quiae praecipuum esset Moslimorum contra Christianorum vim munimentum. Misit igitur filium suum al-Phadlum, Meridae praefectum, cum exercitu, ut Toletum obsidione liberaret. At vero Alphonsi copiis suas, numero inferiores, opponendo non tantum nihil lucratus est, verum etiam plus uno proelio victus tandem re infectā Meridam redire coactus est. Ah hoc autem inde tempore prudentioribus non amplius dubium erat, quin omnibus Moslimorum in Hispaniā regnis ruina immineret, quam ipsi sibi mutuis discordiis et ambitione suā praeparassent <sup>45</sup>.

Non diu etiam post Toletum Alphonso tradere coactus est Jahja al-Kadir. Die 27 Moharrami anni 478 (25 Maji 1085 p. C. n.) Christianorum rex urbem intravit. Minime autem eā in potestatem suam redactā contentus fuit: contrā utramque Tagi ripam occupavit: in terras etiam Badajoci regi subjectas partem exercitus misit. Jam sero etiam rex Hispalis intellectus id, quod antea ambitione occoecatus considerare neglexerat, Alphonsum non minora animo agitare, quam totam illam Hispaniae partem, quam Moslimi tenebant, suae dominationi subjicere. Literis igitur scriptis victorem movere conabatur, ne amplius regni fines extenderet. Nullam vero ille hujus admonitionis rationem habuit; quin imo, postquam auxilia, quae ad Abbādidam miserat ut regem Granatensem oppugnarent, ad eum redierant, quid animo volveret aperuit et omnibus Moslimorum regibus bellum indixit. Nec multum moratus, non tantum Caesar-augustam bello pressit, verum etiam exercitus partem Coriam versus direxit, eamque regi Badajocensi, quamquam fortiter ei sese opponenti, eripuit: quae res ad majores etiam angustias Omarem redegit, cum haec urbs firmissimā arce esset munita, ex quā in totam regionem circumiacentem prospectus pateret, ita ut is, qui eam teneret, nullo

44) Praeter Condeum, l. cit., cf. Aschbach, l. cit. p. 60 et 61.

45) Quae in hunc sensum monuit Jūdēx Abu-Walidus (substituendum est Abu-l-Walidus) Paccensis, legantur ap. Condeum p. 66. Est autem nomen integrum hujus viri, cuius laudes etiam celebravit Ibn-Khakan in initio tertiae partis operis sui، النقبي القاضي أبو السليمان بن خلف الباقي.

negotio agros vicinos incursionibus infestare, eorumque incolas continuis terroribus vexare posset<sup>46</sup>. Neque hic substitit Christianorum exercitus, verum in regionem etiam Hispalensem, quin imo ad oram Hispaniae meridionalem penetravit.

Paulo vero antequam eo processerat Alphonsi audacia, Ibn-Abbadus, perspiciens unicum tantummodo remedium afflictis Moslimorum rebus superesse, ut nempe sepositis inutuis inimiciis arctissime secum invicem se conjungerent et de communi causâ consilium inirent, quo unanimiter saluti suae prospicerent, literis missis principes Arabum Hispanorum rogavit, ut legatos prudentiâ politicâ praestantes ad se Hispalin mitterent, qui de periculo, quod omnibus immineret, iisque quae ad id avertendum essent accommodata, sermones conferrent<sup>47</sup>. Rogatui ejus obtemperatum fuit: inter ceteros Badajoci rex etiam legatum suum misit, Judicem Abū-Ishākum ibn-Mokānā<sup>48</sup>. Deliberatione autem institutâ decretum est, opem Jūsofī ibn-Tāschifīn, Imperatoris Morabitarum, qui anno praecedente urbe Cebtā expugnatā Magribum pacaverat, implorare, atque abeo petere, ut Islamismi defensionem susciperet et ad Christianorum insolentiam reprimendam cum exercitu in Hispaniam trajiceret<sup>49</sup>. Nemo autem aptior videbatur literis quae ad Jūsofum mitterentur stilo eleganti et ad animum ejus conciliandum accommodato componeundis, quam Aphtasida Omar al-Motawaccil. Ejus igitur curiae haec res fuit commissa. Legati autem, qui epistolam, quam Omar nomine omnium principum Moslimorum scripserat, ad Jūsofum perferebant, bene et comiter quidem ab eo fuerunt ex-

46) Vide, quae Omar ipse ad Jusofum ben-Taschifin de hac urbe ab Alphonso expugnatâ scripsit, apud Condeum T. II. p. 108 vs. 16 ad p. 109 vs. 4.

47) Scribit Aschbach, l. c. p. 74, duo istiusmodi consilia habita fuisse, prius nempe Hispalii, Cordubae alterum. Cum vero de altero illo consilio ne verbum quidem in Condei historiâ, quamvis de conventu Hispalensi duobus locis, p. 72 et a p. 97 vs. 3 a fine ad p. 99, mentionem faciat, reperiatur; suspicor minus accurate Aschbachum, virum ceteroquin accuratae historiam tractandi rationis laude conspicuum, inspexisse alterum locum: ibi enim a p. 97 vs. 3 a f. ad p. 98 vs. 5 narratur hujus consilii convocandi auctor al-Motawakkil fuisse Abū'l Wālid al-Baqi (idem quem in ann. 35 commemoravi), tunc temporis Cordubae Judicis manere fungens; fieri autem potuit, ut haec Córdubae mentio historicâ erroris causa extiterit.

48) أبو إسحاق ابن مقانا. Sic scribendum esse, non vero Abu Ishag ben Mokina, ut legitur apud Condeum p. 72 vs. 13, aut Aben-Mocama, ut appellatur ibid. p. 185 vs. 6, apparent ex loco Ibn-Khakanis infra edendo.

49) Narrat Condeus, l. c., p. 73 vs. 5, hac occasione Ibn-Abbadum, ut animum al-Motawaccili, quem etiam nunc paulo ante bello petiisset, sibi reconciliaret, unam e filiabus ejus, pulchritudinis laude præstantibus, in matrimonium expetivisse. Non tamen memorat, utrum Omar huic petitioni annuerit, nec ne.

cepti et auxilii promissione erecti; verum, cum huic promissō non statim satisficeret, interim rex Alphonsus Moslimos bello premere perrexit, et Badajoci imprimis rex armorum ejus vim expertus est. Cum igitur, ut jam narravimus, Coriam etiam expugnasset, epistolam ad Omarem scripsit Christianorum Imperator, atque minis additis postulavit, ut se dominum agnosceret sibique tributum penderet. Neque tamen Omar imperatis obtemperavit, verum, quā erat animi constantiā, literis elegantibus pariter, ac fiduciae ejus in Deo positae et fortitudinis, verbis insolentibus minime commovendae, testibus Alphonso respondit. Simul vero intellexit, se non diu victori resistere posse, nisi auxilium sibi veniret. Alteram igitur epistolam ad Jūsolum scripsit, quā eum admoneret, ne suum in Hispaniam iter diutius procrastinaret<sup>50</sup>.

Postquam autem rex Hispalensis etiam primum literis scriptis, deinde vero ipse ad Jūsolum profectus rogasset, ne auxilii missio amplius differretur, atque Morabite, ut al-Djazīra al-Hadhra sibi in possessionem traderetur petenti, esset obtemperatum; tandem anno 479 cum exercitu in Hispaniam trajecit Lamtūnidarum Imperator. Cum ceteris regibus ad al-Djazīram appellantem exceptit Omar al-Motawaccilus, in cuius etiam terras Jūsokus postquam per hebdomadem Hispali manserat, exercitum suum direxit, quoniam contra eam imprimis Hispaniae partem Christiani vim suam converterant. Quare Aphtasidae etiam cura commeatūs ceterorumque exercitui necessariorum fuit commissa. Ut igitur his prospiceret, fratrem suum al-Mostansirum praemisit, qui alimenta jumentaque militum usui compararet<sup>51</sup>. Copias deinde suas Moslimorum exercitui adjunxit, et in proelio ad Zalācam, planitiem Badajoco vicinam, commisso fortiter pugnavit, quamquam victoriae laus Morabitis debetur et Ibñ-Abbādus ceterorum Imperatorum Hi-

---

50) Utraque epistola, tam ea, quam ad Alphonsum, quam altera illa, quam ad Jusolum misit Omar, reperiuntur in Condei operis T. II. p. 103 ad 109: Rerum autem seriem ita proposui, ut apud Condeum referuntur: a cujus narratione miror Aschbachum in hac historiae parte recessisse. Ille enim l. c. p. 73 vs. 10 refert, Coriam ab Alphonso fuisse expugnatam, antequam Omar nomine ceterorum etiam in Hispaniā principum Moslimorum epistolam suam priorem ad Jusolum scripsit: cum ex epistolae ejus alterius loco quem in ann. 46 jam citavi, appareat id post demum accidisse. Fortasse Aschbachus putavit, epistolam quam Condeus totam descripsit esse eam, quam nomine omnium regum Moslimorum composuit al-Motawaccilus, cum tamen tum ex arguento, quod quidem in calamitate etiam universorum Arabum Hispanorum, peculiariter tamen in ipsius Omeris regni angustiā describenda versetur, tum ex commemoratione ejus, qui epistolam ad Jusolum perlatus erat, quem scribit unum e suis ipsius esse ministris, ceteros legatos ne uno quidem verbo memorans, satis appareat, eum suo tantum nomine hanc epistolam scripsisse.

51) Cf. Conde, l. c. p. 131 vs. 8 a fine.

spanorum gloriam prudentia militari et fortitudine, quas hac occasione praestitit, longe superavit <sup>52</sup>.

Magnâ jam clade affecti erant Christiani; quin imo, si Moslimi hoc ipso tempore conjunctis viribus eos aggredi potuissent, totum eorum imperium in discrimen fuisse adductum. Verum paulo post Jūsufus ibn-Tāschifīn, nuntio de morte filii Abū-Bacri Seīri, quem rebus praefererat Africanis, accepto, Marochium rediit, supremo exercitus Morabitarum in Hispaniâ duce constituto Sīro ibn-Abi-Bacr. Hicce imperator aliquâ saltem ex parte terrorem qui Christianos fugitos occupaverat, Moslimorum causae utiliē reddere studuit. Rege enim Badajocensi comite fines ditionis Gallicensis invasit et regiones arcesque quasdam a Christianis occupatas recuperavit <sup>53</sup>. Ceteroquin vero nihil auxilii Moslimis Hispanis attulit, ne Ibn-Abbādo quidem; quapropter ille, cum Alphonsus iterum exercitum comparasset, cui multi etiam e Franciâ et Normanniâ equites se adjunxissent, denuo ad Jūsufum opem ejus implorandi causâ profectus est. Ille vero hactenus saltem ei obsecutus est, ut anno 481 in Hispaniam rediret. Omnibus quidem Hispaniae Emiris edixit, ut copias suas cum ipsius exercitu coniungerent; inter eos autem, qui ad eum venerunt, non memoratur Omar al-Motawaccil <sup>54</sup>. Nisi hujus rei causa in eo quaerenda sit, quod sui ipsius regni fines tuendo occupatus impediretur, quominus in Lorcae regionem, ubi tum bellum gereretur, se conferret; verosimilitudine non caret suspicio, jam tum eum intellexisse, Morabitam non tantum Islamismi defendendi causâ in Hispaniam venisse, verum hanc etiam regionem ditioni suaec adjicere velle. Jam ab initio certe videtur Jūsufus, quamvis simulandi artem egregie callens, nonnulla sibi permisisse, e quibus quid animo agitatet prudentioribus fieret apertum <sup>55</sup>. Plura vero etiam, quam ceteri Hispaniae reges, de ejus consiliis intelligere poterat Omar, cum comitaretur Sirum imperatorem, quem, ut-

52) Omnino in majus Omaris laudes auxit Casirius, qui T. II p. 41 haec de eo habet: »In proelio »Zalacensi adversus Alphonsum regem commisso, Josepho ben Taschphin Imperatore, animi »fortitudinem et rei militaris scientiam *prae ceteris regibus* exhibuit;» cum e contrario nimium etiam dicere videatur Condeus, p. 149 vs. 12 scribens, neminem Emirorum Hispanorum in hac pugnâ laude dignum se praestitisse excepto Ibn-Abbado. Fortasse res ita intelligenda est, *solius regis Hispalensis* constantiâ suis effictum, ut ea pars copiarum, quae Moslimis Hispanis constabat quaeque subito Christianorum impetu perterrita fugam ceperat, gradum sisteret et ad exercitum se recipere (cf. Conde l. c. p. 140 ad 144), licet ceteroquin etiam Omar fortiter se gesserit.

53) Cf. Conde, p. 153 vs. 18.

54) Cf. Conde, l. c. p. 160.

55) Cf. Conde, l. c. p. 163 vs. 4 a f.

pote virum vafrum et versutum, in Hispania reliquisset Tāschifī filius, ut de conditio-  
tione regionis populique ipsum redderet certiorem <sup>56</sup>.

Eo facilius rem sibi cessuram sensit Jūsofus, quod populus Hispanus a dominatione  
Regulorum, qui oppressione et exactionibus ipsos vexarent, liberari vehementer cuperet;  
quibus de causis etiam querebras suas ad eum retulerunt viri prudentiā politici excellentes <sup>57</sup>. Praetextum autem, quo iis, ad quae ambitio ipsum incitaret, aliquem justitiae colorem adaspergeret, ei praebebat id, de quo certior erat factus, Hispaniae Emiros metu Morabitarum eo esse adductos, ut clam cum rege Alphonso societatem  
iniiissent. Cum igitur anno 483 rursus in Hispaniam trajecisset, primum regem Granatensem, Abdollāhum ibn-Balkīn ibn-Badis, imperio privavit et in Africæ litus traduxit. Cum autem fama ferret, Abdollāhum sponte suā ditionem suam cum aliis terris in Africā sitis permutasse, reges Hispalis et Badajoci, quamvis quid rei esset, bene intelligentes, legatos ad Jūsofum miserunt, qui Granatam imperio ejus additam ei gratularentur, reverā autem eo consilio, ut rerum statum accuratius examinarent. Illi vero ne ad praesentiam quidem Jūsofi fuerunt admitti, ita ut, cum non amplius dubium esset Morabitarum regem omnibus Hispaniae Emiris esse infestum, moesti ad dominos redirent iisque annunciant non multum salutis sibi a Jūsofo esse sperandum <sup>58</sup>.

56) Cf. Conde, l. c. p. 153 vs. 22.

تم طلب الفقهاء بالأندلس من: 57) De his retulit Ibn-Khaldunus, T. IV. p. 24 B. vs. ultimo:

يوسف بن تاشفين رفع المكوس والظلمات عنهم فتقديم بذلك إلى ملوك الطوائف فأجابوه  
بالامتنان حتى إذا رجع من بلادهم رجعوا إلى حالهم وهو خلال ذلك يزيد عساكرة  
للجهاد ثم أجاز إليهم وخلع جميعهم وتقلعهم إلى العبرة واستولى على الاندلس كما  
يأتى ذكره في أخباره <sup>58</sup>

*Deinde petierunt jurisperiti in Hispanid a Jusofo ibn-Taschifin, ut levaretur onus tributorum et oppressionum, ne amplius eos premeret. Primum igitur hoc jussit Hispaniae regulos; illique annuerunt ei, promittentes se imperata facturos; donec, postquam redierat e regionibus eorum, redierunt ad conditionem (agendi rationem) suam priorem, cum ille interim identidem exercitus suos ad bellum sacrum gerendum reduceret. Deinde ad eos trajecit omnesque imperio privavit et in litus Africanum eos transportavit; potitusque est Hispaniā, ut commorabitur in ejus historia.*

58) Cf. Conde, l. c. p. 166. Longe aliter rem proponit Casirius, T. II. p. 66 scribens: »Is (Omar al-Motawaccil) Josepho ben Tasphino urbem Granatam obsessuro se comitem ad junxit, anno Egirae 483, cuius inde potentiam pertimescens, furtim. ex acie recessit. Nescio, quid huic narrationi, et rerum his temporibus conditioni et ceterorum historiorum relationibus repugnant, ansam praebuerit.

Nec diu Jūsofus propositum suum exsequi distulit. Ipse in Africam rediens negotium Hispalis et Badajoci regna occupandi tradidit Siro ibn-Abi-Bacr. Quod ille strenue peregit. Postquam igitur Hispalis ei esset dedita, et Morabitae 22° vel secundum alios 19° die mensis Radjabi anni 484 hanc urbem intravissent, jam Badajoci regnum erat expugnandum. Ibn-Abbādus vero regno spoliatus, ne sors Aphtasidae sua esset mollior, etiam nunc ut videtur antequam in Africæ oram erat translatus, epistolâ scriptâ Jūsofo nuntiavit id quod ad notitiam suam pervenerat, Omarem cum Alphonso, Galliae rege, foedus fecisse et in eo esse, ut regno suo toto Christianis tradito ad eos con-fugeret: quare eum monebat, ut quam citissime exercitu misso eum impediret; quominus hoc propositum exsequeretur. Quo nuntio accepto, Rex Morabitarum tantâ irâ in Omarem exarsit, ut expresso mandato Siro injungeret, vitâ non minus quam regno eum privare <sup>59</sup>. Eo minus autem Abbādidae agendi ratio est excusanda, quod ipse etiam Alphonsi contra Morabitarum vim auxilium expetiverat <sup>60</sup>.

Ex regione igitur Hispalensi occidentem versus exercitum suum direxit Sîrus ibn-Abi-Bacr. Neque admodum difficile ei fuit urbes arcesque quae ad Aphtasidae imperium pertinebant expugnare. Rumor enim in populo percrebruerat, oraculum quoddam ferre, Hispaniae Reges a principe Africano imperio privatum iri. Adeo autem firmiter fides huic vaticinio habita Arabum Hispanorum animis inhaerebat, ut vanam operam putarent Morabitis se opponere facileque iis cederent <sup>61</sup>. Postquam vero jam Evoram, Lisbonam (Ulyssiponam), et Santarînum <sup>62</sup>, cui urbi praefectus erat filius Omaris Naimo-d-daula (نایم الدّاعلَةُ , h. e. *voluptas imperii*), deditione cepisset, et ante Badajocum, in qua urbe ipse erat rex, castra posuisset Morabitarum imperator, proelium commisi cum exercitu Badajocensi, cui praeerant al-Phadlus et al-Abbâs, al-Motawaccî filii. Fugati sunt Hispani, et ambo eorum duces, postquam fortissime se defenderant, multaque vulnera accéperant, a suis relictî, in victoris potestatem pervenierunt.

Jam Badajoci incolae, obsidionis pertaesi <sup>63</sup> et exercitus fugâ perterriti, Omarem in-

59) Conferatur locus Ibn-Khalduni de Aphtasidis, cum verbis Condei l. c. p. 184 vs. 11 a fine.

60) Cf. Conde, l. c. p. 171 vs. 12 a f.

61) Inter causas, quae essecerunt, ut Omar a suis non melius sit defensus, fortasse etiam referendum, eorum animos ab eo fuisse abalienatos oppressionibus, quas a Veziro ejus Ibn-Hadramijo pertulerant, quasque populi animos a se avertisse scribit Omar in epistolâ, quam ad eum misit, postquam munere privatus in gratiam cum rege redire ipsiusque animum sibi reconciliare studuerat. Vide locum Ibn-Khatânis, quem infra editurus sum.

62) De Ulyssiponâ et Santarino facili negotio a Morabitis occupatis solus ex Ibn-Khatibo refert Casirius, T. II. p. 66.

63) Casirius T. II. p. 41 refert, obsidionem Badajoci *diuturnam* fuisse, quod nescio, an ejus solius auctoritate non pro certo et explorato accipiendum sit.

vitum, quippe qui satis diu adhuc se defendere potuisset, coegerunt ut urbem Morabitis traderet. Suā sponte vero Sīrus ibn-Abī-Bacr, intelligens se vi non facile urbe munitissimā politurum, Omari omnibusque qui ad familiam ejus pertinebant vitae bonorumque securitatem obtulit. Vix autem cum omnibus suis ex urbe discesserat Aphtasida, cum Morabitarum imperator equitum turmam emitteret, qui vitā eum privarent. Non procul a Badajoco<sup>64</sup> eum assecuti sunt et unā cum duobus filiis al-Phadlio et al-Abbāso, qui paulo ante ei erant redditi, perfide hastarum ictibus trucidarunt<sup>65</sup>.

64) *Uno ab urbe Badajoz milliari*, ut scribit Casirius T. II. p. 41.

65) Multa minus accurate de Omaris nece scribit Casirius. T. II. enim p. 41 tradit, eum in carcere conjectum flagrisque caesum gladio intersectum fuisse: existere quoque in Codice, de quo eo toco refert, *al-Kodhaiji opus continente, non incepta carmina, quae Almotuakelius, quem in vinculis esset, de calamitate sua conscripsit*; pag. vero 66, *Almoraviditarum Imperatorem eum, urbe captā, una cum filiis in publica vincula conjectisse, mox, publicatis bonis, e carcere eductum eoram intersectis filiis crudelissimae necis supplicio mactasse.*<sup>66</sup> Omnia autem ea, quae refert de Omare in carcere conjecto et mox inde educto, repetenda sunt ex perversā interpretatione formulae قتل مُحَمَّدٍ, quam Lexicographi explicant *vinctus est et deinde e vinculis dimissus ut occideretur*. Casirius de vinculis publicis eam accipiendam esse putavit, cum tamen de omnibus iis adhibeatur, qui non in proelio sese defendantē occidantur, sed postquam in victoris potestatem pervenerint, inermes vitā privantur. Fortasse e simili errore orta est narratio ejusdem Casirii referentis, al-Motawacchilus flagris caesum et dein gladio intersectum fuisse: videtur enim opinatus fuisse, hoc significare formulam ضرب

Quod ad honorum publicationem attinet, intelligimus ex ceterorum historicorum relatione, eam post Omaris demum mortem locum habuisse, cum illi honorum vitaeque securitas esset promissa, antequam Badajocum relinquaret. Cum autem carcere non fuerit detenus, non potuit etiam ibi carmina de calamitate suā conscribere. Fortasse carmina, quae al-Kodhaiji operis loco quo de hac historiae parte agat contineantur, sunt ipsum illud quod Ibn-Abdunus in Omaris exitum composuit, aliaque breviora aliorum poëtarum idem argumentum tractantia; nisi statuerendum sit Omarem, cum in urbe Badajoco jam teneretur ob sessus, carmina pepigisse, in quibus de calamitate suā quereretur, hisque ab al-Kodhaijo praemissam fuisse formulam حصر non attendens, de vinculis publicis acceperit, cum prima species in universum significet aliquem ad angustiam redigere, prohibere et retinere ne quid faciat. Hoc unum cum recte memoriassē, in loco T. II. p. 66, al-Motawacchili filios coram eo intersectos fuisse, appareat ex loco Ibn-Khakanis mox edendo, in quo refertur Omarem ipsum petuisse ut filii sui morte afficerentur, antequam ipse necaretur, sperantem, Deum sibi dolorem, quem excitaturus ipsi esset eorum ineritas, in computum relaturū, ejusque ratione habitā partem peccatorum remissurū.

Restat, ut videamus de tempore, quo extincta fuerit gloria familiae Aphtasidarum. At vero hac de re maximopere inter se discrepant historicorum relationes. In Condei enim opere, T. II. p. 184, memoratur Omarem trucidatum fuisse die Saturni 17<sup>o</sup> Saphari anni H. 487 (C. 1094). Eodem etiam die hoc accidisse referre Casirium T. II. p. 41 certum puto; cum sine dubio hypothetiae errori sit tribuendum, quod loco 17 diei mensis Saphari, ibi scriptus sit 7; idem vero Casirius, l. c. p. 213, narrat Omarem regno et vita priyatūm esse anno Egirae 487, feria 7, die 2 mensis Moharrami. In locis autem Ibn-Khaldūni, quos §. praecedente attulimus, Omaris nec narratur locum habuisse die sacrificii solennis, sive decimo mensis Dhū-l-Hiddjae, anni 489. A ceteris omnibus rursus discrepat Abdolwāhid al-Marrācischī, referens Omarem fuisse occisum initio anni 485.

Non certo definire ausim, quaenam ex his relationibus prae ceteris fidem mereatur. Si vero mihi sententia est dicenda de eo, quaenam sit probabilius, primum observo, minimum pondus esse tribuendum narrationi Ibn-Khaldūni, cum in expositione eorum, quae Morabitae in Hispaniā gesserunt, temporum ordinem saepius invertat. Duo tantum hujus rei afferam exempla: utrumque petitum est ex ea operis historici parte, quae continetur MS. 1351. Ejus igitur pag. 258 vs. 3, ceterorum auctorum relationibus convenienter narratur, Jūsofum ibn-Tāschifin anno 479 primā vice in Hispaniam trajecisse; mox autem vs. 4 sic pergit Ibn-Khaldūnus: وَجَمِيعُ أَبْنَى الْجَلَالِقَةِ أَمْمٌ مُّلْكُ الْجَلَالِقَةِ أَمْمٌ  
النَّصْرَانِيَّةُ بِقَشْتَالَةِ وَلْقَى الْمَرَابِطِينَ بِالْذَّلَانَةِ (بِالْزَّلَانَةِ 1). مِنْ نَوَاحِي بَطْلِيُوسَ وَكَانَ لِلْمُسْلِمِينَ  
عَلَيْهِ لِلْيَوْمِ (الْيَوْمِ 1). الْمَشْهُورُ سَنَةُ أَحَدِي وَثَمَانِينَ شَمَّ رَجَعَ إِلَى "مَرَاكِشَ"  
*Alphonsi, rex Galiciae, gentes Christianorum in Castiliā, et obviam factus est Morabitis ad Zalācam, quae pertinet ad regionem Badajocensem; fuitque inclytum illud proelium, quo Moslimi victoriam ab eo reportarunt, anno 481. Dein rediit (Jūsofus) Marochium.* Vides igitur; ibi narrari pugnam Zalāensem anno demum 481 commissam fuisse, quod rerum seriei omnino refragatur. Confudit autem Ibn-Khaldūnus expeditionem anno 479 a Jūsofo susceptam cum ea, quam suscepit anno 481, cum secundā vice in Hispaniam trajecisset. Quod autem duo haec itinera non distinxit, aliquā ex parte ansam dedit alteri errori, quem in temporum ordine referendo commisit. Ejusdem enim pag. vs. 7 a fine sqq. narrat, Jūsofum secundā vice in Hispaniam venisse anno 486, atque tum Granatam occupasse, et Siro ibn-Abi-Bacr Hispalis expugnandae negotium demandasse; mox vero sibi ipse obloquitur, p. 259 vs. 7 a fine referens, anno jam 484 Hispalin in Morabitarum manus venisse. Nequaquam igitur auctoritate solius scriptoris, qui tam parum temporum ordinis rationem habuerit, repugnante ceterorum historicorum omnium testimonio, prō explorato accipendum est, anno demum 489 Badajocum fuisse expugnatū et Omarem trucidatum. Quin imo, quo diutius rem considero, eo magis verosimile mihi videtur, Abdolwāhidum al-Marrācischūm vera narrare,

cum scribat haec jam initio anni 485 locum habuisse. Nulla enim ex cogitari potest ratio, cur tam diu demum post Hispalis expugnationem, quae ad finem mensis Radjabi anni 484 jam acciderit, contra Badajocum arma sua converterit Sirus, quam statuendum foret hoc factum esse si, prouti a Condeo et Casirio narratur, anno 487 Omar fuerit trucidatus. Nullam enim aliam expeditiōnem interim suscepit Sirus ibn-Abi-Baer: urbium Almeriae enim, Deniae et Valentiae expugnationi, quas annis 484 et 485 occuparunt Morabitae, non ille praefuit, verum Dāud ibn-Ajischa: cf. Conde p. 175–182: neque etiam tam difficilem Morabitis fuisse regni Badajicensis expugnationem, ut multum temporis eā consumutum sit, ex iis quae supra retulimus satis appetat. Videntur omnino sex vel septem menses, qui a fine Radjabi anni 484 ad initium Moharrami vel medium Sapharum anni 485 effluxerunt, satis fuisse longum temporis spatium, ut eo omnia illa accidere potuerint, quae historici de Aphtasidarum dynastiae ultimis fatis memoriae prodiderunt. Quod autem ad diem attinet, quo Omar trucidatus sit, vidimus Ibn-Khal-dūnum scribere, eum fuisse diem sacrificii solennis. Duplex causa ex cogitari potest, quae efficerit, ut ille tunc rem locum habuisse putaret. Vel cum aliā re simili, quae eo die locum habuerit, eām confudit “; vel in carmine quodam diem, quo Omar extinctus est, cum die quo victimae in festo Meccano immolantur, comparatum invenit,

66) Fieri potest, errori Ibn-Khalduini, quod ad diem quo Omari ejusque filiorum caedes acciderit, ansam dedisse ea, quae narrantur Condei T. I. p. 431—436: nempe, Abdollahum filium Abdorrahmani III., Khalifae Hispani, contra vitam fratris al-Hacami patris successoris designati conspirasse; sibique imperium arrogare voluisse; consiliis autem ad effectum perducendis constituisse *diem victimarum*; hujus vero coniurationis notitiam imprudentiā ipsius illius Ibn-Abdilbarri, qui praecipuus Abdollahi ad hoc facinus hortator fuerat, ad Abdorrahmanum pervenisse; quem, ubi a filio comperisset, cuiusnam, maxime consiliis esset inductus ut fratri vitam patrique imperium eripere conaretur, Ibn-Abdilbarrum eo ipso die, quo res Hispanas subvertere in animo habuerat, trucidari jussisse; hunc vero nocte antequam supplicium de eo sumendum esset, ipsum sibi manus intulisse; quo ipso tempore, vel ut alii referunt paulo post, etiam Abdollahum fuisse occisum. Cum autem non desuerint, quibus principis illius sors commiserationem moveret (cf. l. c. ann. ad p. 433), facile nonnulli Omari calamitatem cum eā, quā ille fuit affectus, comparare potuerunt et deinde utramque historiam confundentes in opinionem erroneam induci, etiam regem *Badajoci* die victimarum fuisse occisum. Quin imo a verosimilitudine non abherret, cum ex quorumdam historicorum relatione Abdollahus anno trecentesimo tricesimo *nono* morti sit traditus (cf. l. c. ann. ad p. 436), hanc causam exstissemus, cur Ibn-Khalduinus eo fuerit adductus, ut tradat necem Omari anno quadringentesimo octogesimo *nono* locum habuisse. *Die quoque victimarum* anni 400 Mohammad al-Mahdi jussu legitimi, Khalifae Hischami, cuius regnum usurpaverat, quemque vitā privare voluerat, mortis supplicio affectus est: cf. Conde l. c. p. 567 sq.; quae res etiam errori Ibn-Khalduini ansam praebere potuit.

quippe qui succedat diebus novem mensis Dhū-l-hiddjae prioribus, conventibus solenibus dicatis, quibuscum poeta comparavisset tempus regni Aphtasidarum. Nescio vero, quo factum sit, ut Casirius, cum in hoc sibi constet, ut utroque quem attuli loco referat feriā septimā Omarem fuisse occisum, altero, secus ac priore, die 2 Moharrami hoc accidisse narret. Tutissimum vero videtur omnibus bene consideratis statuere decimum septimum diem mensis Saphari anni 485 Omari fuisse fatalem.

Filium Omaris Nāmo-d-daulam, Santarini quondam praefectum, brevi post patris necem al-Mithemae, quae urbs (si quidem de urbe cogitandum sit) ubinam sita fuerit, ignoro, carcere fuisse inclusum, narrat Condeus, l. c. p. 185 vs. 9 a f. sqq. Quae autem deinde refert de Abū-Bacro ibno-l-Kobtorna, juvenem regium visitante, ex eādem narratione videntur fluxisse, quae reperitur in Ibn-Khakanis operis capite de Omare al-Motawaccilo mox edendo: ex quo loco primum apparet viri, cuius auctoritate haec narrantur, nomen non fuisse *Aben Zarfon*, sed Ibn-Zarkūn (ابن زرون); tum etiam, filium Omaris, cuius cognomen esset Nāmo-d-daula, nomen proprium habuisse Sa'di (سعدي).

Haec sunt, quae de Aphtasidarum historiā apud historicos, quos consulere potui, reperti. Ex quibus apparet, hanc familiam, quamquam per aliquod temporis spatium non ignobilem locum inter Hispaniae principes tenuit, non tanti tamen in rebus politicis fuisse momenti, ut ejus nomen propterea ad posteritatis memoriam tam egregio carmine, quale ab Arabibus semper habitum est poëma, quo Ibn-Abdūnus ejus calamitatem deflevit, fuisse propagatum, nisi viros doctos summo in honore habuisserent et beneficiis cumulassent. Verum præterea non tantum Mohammad al-Modhaffar, sed imprimis etiam filius ejus Omar, ipsi strenue et summo animi ardore colebant studia literarum. Quod autem majus etiam est, erat Omar vir excellentis ingenii, ita ut et solutā et ligatā oratione egregia facundiae ejus extant specimina. Omnino igitur ad institutum nostrum pertinere videtur, singulatim de *Omare al-Motawaccilo*, *viro docto hominumque literatorum fautore*, exponere, ut et intelligatur quid Ibn-Abdūnum ad carmen suum componendum moverit, et mentibus nostris adspectabile quodammodo fiat, in quorumnam hominum circulis versans ingenii dotes colere ei licuerit.



## C A P U T S E C U N D U M,

DE OMARE AL-MOTAWACCILO; VIRO DOCTO HOMINUMQUE  
LITERATORUM FAUTORE.

**N**olo hic ea repetere, quae de Omaris in literas amore legi possunt in opere Condei, a pag. 184 vs. 6 a f. ad pag. 185 vs. 11 a f. Libenter vero cum orbe eruditio communicarem textum Arabicum epistolae, quam al-Motawaccilus ad Jūsufum ibn-Tāschifīn, illiusque, quam ad Alphonsum scripsit, quarum versionem idem Condeus exhibuit; sed in nullo Codicum Manuscriptorum, qui in Bibliothecā nostrā publicā asservantur, illas reperimus descriptas.

Satis tamen multa elegantis Omaris doctrinae nobis praebent specimina ea, quae de eo habentur in opere Ibn-Khākānis. Quare jam statim hic describimus integrum caput, quo de hoc principe egit, quodque in primā operis parte statim excipit ea, quibus merita literaria principum Hispalensium, al-Motamidi-alallah et ar-Rādhīi-billah, celebravit.

Continetur autem Codice MS. Leidensi, quem Cl. Weijers, cum Specimen suum Criticum ederet, in usus suos jām adhibuit et p. 11 seq. descripsit, a pagina 18 a ad 23 a; et altero illo, quem post editum demum Specimen in Bibliothecae thesauris reperit (in Catalogo n. 1002 notato), a pag. Tomi prioris 59 ad 77. Posteriorem Codicem literā A., priorem B., designabō.

المتوكل على الله أبو محمد عمر بن المظفر رحمة الله ملك جند الكثائب والجنود، وعقد الألوية والبنود، وأمر الأيام فتنعمت، وظافت بتعنته الامال واعتمت، إلى لَسْنِ وغصاًه، ورُحْبُ حناب لسلوافد وساحه، ونظم، يُرِي بالذرِّ النظيم، وَشَنِي شَنِي رِقْنَه، سَرِي التَّسِيم، وأيام كاتها من حُسْنِها جُمَع، ولِيالٍ كَانَ فيها على الأنس حُصُور وَمَاجِنَع، راقت اشرقاً وتبلاجأ، وسالنت مكايده فيها طُأنهاراً وَخُلُجَاء، إلى آن عدت، الأيام عليه

بمعهود العذوان ، ودبّت اليه ديبتها لصاحب <sup>هـ</sup> الايوان ، وانبرأت اليه انبرأها . لابن رعئي دراء عمان <sup>هـ</sup> فارغنت فيه للتجدد مُعْطسا ، ورماه صرف الحادثات مُقْرطسا <sup>f</sup> ، فدجّنت ايامه المشرقة ، وذوّت خصونه المورقة <sup>g</sup> ونقل هو وابنه <sup>هـ</sup> الى حيث أمر لهم الدهر جناء <sup>هـ</sup> فامضى عليهم حد الخامس حكمه ، وانفرد فيهم جحور الايام ظلمة <sup>هـ</sup> ب بحيث لم يعطف <sup>هـ</sup> عليهم الا جوانس الليل ، ولم يقف <sup>هـ</sup> لديهم الا بواحر السبيل <sup>هـ</sup> ولم يُحب استغاثتهم ط الا عواء الذئاب <sup>هـ</sup> او صدى <sup>هـ</sup> يتسعّر به الاكتتاب <sup>كـ</sup> قروين الأرض من دمائهم <sup>هـ</sup> وتعطلت المتأمّل من اسمائهم <sup>هـ</sup> وعاد صريح ملتهم عائما <sup>هـ</sup> واقامت عليه الناجوم <sup>m</sup> مائما <sup>هـ</sup> فخرروا على الشري بدبورا <sup>هـ</sup> وسعنوا بالتجوي صدورا <sup>هـ</sup> وغدوا ضرعى تسفى عليهم الشمال <sup>هـ</sup> وينتفى <sup>هـ</sup> منهم الآمال <sup>هـ</sup> ماجدين على وجه الأرض <sup>هـ</sup> معقرن الى يوم النشور والعرض <sup>هـ</sup> قد توسلوا التراب بدلًا من الرأتك <sup>هـ</sup> وتصرّجوا <sup>P</sup> بالدماء بعد التضمخ بالمسك الصائق <sup>هـ</sup> وغدا مضرعهم من تحبيعهم وأرس الجلباب <sup>هـ</sup> غير أليس الجتاب <sup>هـ</sup> لا يطرقه الا سبع او ثنتين <sup>هـ</sup> ولا يرمقه <sup>هـ</sup> الا تخيل لقواء مذيب <sup>هـ</sup> وصارت في لحومهم للسباع ولاثم <sup>هـ</sup> وعلى دمائهم من النسور حواتم <sup>هـ</sup> وطال ما وردوا للمنى مناهل <sup>هـ</sup> وجدوا <sup>هـ</sup> الديار بها أواعل <sup>هـ</sup> دركوا الجبار وجنيها <sup>هـ</sup> وشهدوا الأعياد فرّينوها <sup>هـ</sup> ورقمتها <sup>هـ</sup> اوامرهم بطون المهاراق <sup>هـ</sup> وتحمّلت بيواترهم <sup>هـ</sup> في الطلي والمفارق <sup>هـ</sup> وطوقت موابعهم الاعناق <sup>هـ</sup> وغضبت <sup>هـ</sup> مهانتم الحفرون والاحداق <sup>هـ</sup> فمروا وما حضرهم أليس <sup>هـ</sup> ولا اذهب أيجاشهم <sup>هـ</sup> تأليس <sup>هـ</sup> وبانوا لهم <sup>هـ</sup> يطلب لهم بشار <sup>هـ</sup> ولا انتظم شملهم بعد الانتثار <sup>هـ</sup> الخبرى احد فاتلية انه رغب في تقديم ولديه بين يديه ليختسبهما عند رته <sup>هـ</sup> ويكتسبهما <sup>هـ</sup> حسنة يماحو <sup>هـ</sup> بها بعض ثنبه <sup>هـ</sup> وكانوا كوكبى رئيسه <sup>هـ</sup> ووارثى نفاسته <sup>هـ</sup> فتقدما لل testimam <sup>هـ</sup> وطلاعا من ثنيته بدرى تمام <sup>هـ</sup> وبدأ منها من الجلد <sup>هـ</sup> في ذلك الموطن <sup>هـ</sup> الأنكد <sup>هـ</sup> ما حير قاتلهم <sup>هـ</sup> وستر عنده مقاتلهم <sup>هـ</sup> ثم أمر عليهم غداره <sup>هـ</sup> وساق

- d) A. pro his duobus voc. e) A. pro his duobus voc. f) A. غقرطسا. g) B. تعطف .  
 واعمان .  
 وصدى .  
 وستغاثهم .  
 et mox .  
 توقف .  
 h) B. استغاثهم .  
 i) A. pro his 2 voc. k) B. pro his 3 voc.  
 الناجوم عليه .  
 عائما .  
 1) بـ يستعيد . به نار الاكتتاب .  
 m) B. pro his 2 voc. .  
 بـ ترمقة .  
 n) In utroque Cod. est مائما .  
 o) وتنتفى .  
 p) وتدرجوا .  
 q) A. ترمقة .  
 r) B. pro his 2 voc. s) وجدوا .  
 t) للقلب مذيب .  
 u) In A. قبواترهم .  
 v) قولم .  
 w) ايجاشهم .  
 x) اعصفت .  
 y) في .  
 z) الموضع طن .  
 a) B. غزارة .  
 b) ويكسبهما .

الرَّدِيَ الَّتِي تَمَامَهَا سَرَارَةُ ” وَقَامَ الْمُتَوَكِلُ عِنْدَ صَرْعَتِهِا ، مَاخْتَبَلَ مِنْ لَوْعَتِهِا ” لِيَصْلَى وَقَدْ أَفْرَطَ فِي مَلَامِهِ ؛ وَتَشَطَّطَ فِي كَلَامِهِ ، وَاخْتَلَطَ افْتَنَاحُهُ بِسَلَامِهِ ” فَبِادِرُوهُ بِأَسْتِنَتِهِمْ فِي الصَّلَاةِ ” وَنَاعَشُوهُ مُنْاهَشَةً الطَّيْبِ لِتَقْتِيلِ طَالِفَةِ الْفَلَانَ ” حَتَّى خَرَّ لَا لِسَاجِدَهُ ” وَاسْتَلَقَى لِغَيْرِ هَاجِدَهُ ” دَهِيَ الْأَيَّامُ هَذِهِ شَيْئُهَا <sup>a</sup> ، تَسْسَى وَإِنْ هَمَ بِالْأَحْسَانِ دَيْهَا <sup>b</sup> ” افْقَرَتْ شَعْبَ وَدَانَ ، وَعَفَرَتْ مُلْكَ غَمْدَانَ ” وَأَظْفَرَتِ الْحَمَامَ بِعَيْدَ الْمَدَانَ ” وَفَرَقَتْ عَنْ مَكْنَسِ رَامَةِ طَبَاءَ <sup>c</sup> ” وَرَمَتْ يَسْطَامَ بْنَ قَيْسَ عَلَى الْأَلَاءِ ” وَمَزْقَتْ أَبْنَى بَدْرِ بِحَجْفِي أَلْهَيَاءَ <sup>d</sup> ” وَقَدْ رَثَاهُمُ الْوَزِيرُ أَبُو مُحَمَّدُ أَبْنَ عَبْدُوْنَ عَظِيمُهُمْ مُلْكُهُمْ ؛ وَنَظِيمُ سُلْكُهُمْ ” بِقَصِيدَةِ اشْتَمَلَتْ عَلَى كُلِّ هَلْكَ قُتْلَ ، وَاشَّارَ إِلَيْهِ مِنْ غُدْرِهِمْ وَخَتْلَ <sup>e</sup> ” تُكَبِّرُهَا السَّامِعُ ، وَيَعْتَبِرُ بِهَا السَّامِعُ ” وَهِيَ (البسِيط) \* الدَّهْرُ يَفْجُحُ بَعْدَ الْعَيْنِ بِالْأَثْرِ فِيمَا الْبُكَاءُ عَلَى الْأَشْبَابِ وَالصُّورِ

#### إِلَى أَخْرِ الْقَصِيدَةِ

وَأَخْبَرَنِي الْوَزِيرُ أَبُو بَكْرُ بْنُ الْقَبْطَرَنَةِ أَنَّهُ كَانَ مُسَايِّراً <sup>f</sup> لِلْمُتَوَكِلِ إِذَا وَأَشَاءَ خَبِيرًا بِخُروجِ أَحَدِ أَهْلِ يَابْرَةِ <sup>g</sup> فَارِأً عَنْ أَبْنَهِ الْعَبَّاسِ وَلِحَاقَهُ بِالْمُعْتَمِدِ عَلَى اللَّهِ فِي بَيْنِهِمَا هُوَ يَرِيدُ الْوَعِيدَ ، وَيُبَدِّي فِي ذَلِكَ وَيُبَعِّدُ ” إِذَا بِكِتَابِ الْعَبَّاسِ قَدْ وَافَاهُ ، يُقْسِمُ أَنَّهُ مَا مَا أَخْرَجَهُ وَلَا نَفَاهُ ” وَلَا حَمَلَ عَلَى ذَلِكَ إِلَّا الْبَطْرَ ، وَإِنَّهُ كَانَ لَهُ فِي ذَلِكَ أَرْبَبٌ أَوْ وَتَلْرٌ ” فَإِنَّمَا كَانَتْ <sup>h</sup> حَاجَةُ فِي نَفْسِ يَعْقُوبَ قَصَاهَا ، وَارَادَهُ أَنَّهَا لَهُ مَصَاهَا ” فَوُقُوعُهُ عَلَى رَقْعَتِهِ قَبْولِي لِتَنَصُّلِكَ مِنْ نَفْوِكَ مُوجِبٌ لِجَهَّاتِكَ عَلَيْهَا وَعُودَتِكَ إِلَيْهَا وَاتَّصلَ بِي <sup>i</sup> مَا كَانَ مِنْ خَرْجِ فَلَانَ عَنِكَ وَلِمْ تَنْتَبَتْ <sup>j</sup> فِي أَمْرِهِ وَلَا تَحَقَّقَتْ صَحِيحَ خَبْرُهُ حَتَّى <sup>k</sup> فَرَ عنْ أَهْلِهِ وَوَكْسَهِ وَالْعَجَلَةِ مِنَ النَّقْصَانِ وَلَيْسَ يُحَمِّدُ <sup>l</sup> قَبْلَ النَّصْخِ <sup>m</sup> بِحَرْبَانَ وَهَذَا <sup>n</sup> الَّذِي أَوْجَبَهُ أَعْجَابُكَ بِأَمْرِكَ وَانْفَرَادُكَ <sup>o</sup> بِرَأْيِكَ وَمَتَى لَمْ تَرْجِعِ الْأَيْدِي مَا وَعَدَتْ <sup>p</sup> بِهِ مِنْ نَفْسِكَ وَصَدَرَتْ <sup>q</sup> بِهِ كُتُبُكَ فَإِنَّمَا وَاللَّهُ أَرْبِحُ نَفْسِي مِنْ شَيْكِكَ وَإِنْ تَكُنَ الْأُخْرَى فَهُوَ لَكَ الْحَكْمُ الْأَوْفَى فَأَخْتَرُ لَنْفَسِكَ أَيَّ الْأَمْرَيْنِ تَرَى <sup>r</sup> إِنْ شَاءَ اللَّهُ <sup>s</sup>

- دِيمَتِهَا et deinceps <sup>t</sup> شَيْمَتِهَا B. (d) et deinceps <sup>c</sup> هَاجِدَهُ A. (e) هَاجِدَهُ B. (f) الْبَهَاءُ B. (g) وَاخْتَلَ (h) وَقَرَقَنَهُ عَنْ مَكْنَسِ رَامَةِ طَبَاءَ <sup>i</sup> بِهِ A. (j) اِنَّمَا omissa A. (k) اِنَّمَا i. نَابِرَةُ B. (l) تَنْبَتْ B. (m) — B. (n) حَيْنَ B. (o) يَحْمَلُ B. (p) in utroque Cod. est. النَّصْخُ B. (q) وَهُوَ B. (r) وَابْقَاكَ B. (s) عَوْدَتْ B. (t) A. pro his 3 voc. ما تَرَى u) — haec 3 voc. in B.

وبلغه أنه ذُكر في مجلس أخيه يحيى ٧. بسوء فكتب إليه

ينطون x بي دما و وقد علموا قضى  
وأني لآرجو ان يتسبوه فعلى  
الى غاية العلبياء من بعدها رجلى  
ولم امتنع العائين في زمن المحلى  
ورث التقى شمى وحرب العلى نقلى  
وعند الرضى أحلى جنا من جنا النخلى  
كروع القلى تهلا وربدك بالعلى  
فمشلى لا يقللى ومثلك لا يقللى  
قل لي لمن اشكو صنيعك بي قل لي ٨  
سأشكوك يوم الحشر للحكم العدلى  
(الطويد) فما w بالهم لا انعم الله بالهم  
يُسيرون فى القول جهلا وضللة  
لئن كان حقا ٩ ما اذاعوا فلا مشت  
ولم ألق اصيائى بوجه طلاقة  
وكيف دراهى درس كل غريبة  
ولى حلق فى الساخت كالشوى طعمه  
فيما يها الساقى اخاه على النوى  
لتنطفي نارا أضرمت فى نفوسنا  
وقد كنت تشكيني اذا جئت شاكبا  
فيما زال الاولى ولا فائنى

وكان ابن الحضرمي وزيرة فارذهي ، واقتعد الشهى ، وعامل الناس اسوأ معاملة ، واعطاهم  
المقابحة عوضا من الماجمالة ، واهمل الحال التي علقها به وناظها ، ودمروا عليه وما حاطها ١٠<sup>a</sup>  
ولما تاجر وعني ، وانى من ذلك ما انتى ، ظهر للمتوكل فجأ افعاله ، واجتذبه ١١ بالنحو  
وانتعلمه ، فاقعد عن رتبته ، وبعد عن خدمته ، فكتب إليه يستعطفه فراجعة المתוكل  
يا سيدى واكرم عذدى ، الشاكى ما جنته يده لا يدي ، ومن اسأل الله التوثيق له في  
ذاته ان حرم من ١٢ ذاتى ، قرأت ١٣ كتابك المتشكى فيه صدودى ، ولعراضا عنك غاية  
مجهودى ، ونعم فانى رأيت الامر قد صاع ، والادبار قد انتشر وداع ١٤ ، فاشفقت من  
النلف ١٥ ، وعدلت الى ما يعقب ان شاء الله بالخلف ، واقبلت استدفع ١٦ مواقع انسى ،  
وأشاهد ما صنعته بنفسي ، فلم ار الا لتجاجا توسطتها ، وغمرات قد تورطتها ، فشررت عن

x. يُنطون A. ما w. المنصورى (المنصور). يحيى أخيه ١. e. Pro his 2 voc. in B. est.  
، واعطاهم B. c. a. b. — in B. — . d. داماً. y. z. لأخشن B. .  
النلف B. h. g. وداع B. f. وانى قرأت B. e. في B. . k. استدفعت B. i. تعالى B. + (j).

الساق للجتها<sup>1</sup> ، وخدمت النفس بِمَا حاجتها<sup>2</sup> ، حتى خُصت البحار الذي ادخلني رأيك<sup>3</sup> ، ووطشت<sup>4</sup> الساحل الذي كاد يبعذني عنه شعيرك<sup>5</sup> ، فنفسك لم<sup>6</sup> ، وبسوء صنيعك لد<sup>7</sup> وأعتضم<sup>8</sup> ، وإن مت باجميل اعتقاد<sup>9</sup> ، ومُخضن وداد<sup>10</sup> ، فانا مُقر بغيره<sup>11</sup> ، معترف بقلة وُنثرة<sup>12</sup> ، ولكن كنت كالمثل شوى أخووك حتى إذا أُنْصَبَ رَمَدٌ وقد اطمعت في العدو<sup>13</sup> ، وركبت<sup>14</sup> لأهل مصر الاستكبار والعنود<sup>15</sup> ، واستهنت باجيئنك<sup>16</sup> ، وتوهنت أن المسورة التزام زفوك وتعظيم شانك<sup>17</sup> ، حتى أخرجت النفوس على عاليك<sup>18</sup> ، فانجذب<sup>19</sup> مسكون ذلك اليك<sup>20</sup> ، ومع هذا غليس لك عندي إلا حفظ الحاشية<sup>21</sup> ، وإكرام الغاشية<sup>22</sup> ”

ولما كتب الوزير أبو بكر بن القسطنطين مع بنت الحضرمي تاخراً رفاتها<sup>23</sup> تاخراً أرقة<sup>24</sup> ، وأوري حرقه<sup>25</sup> ، واتفق ان نهض المتنوكلى ارض الروم لمنازلة احد معاقلها وهو معاقام<sup>26</sup> عليه الى ان فتحه ، ونهج له الطفر<sup>27</sup> لا شعبية<sup>28</sup> وأوضاحه<sup>29</sup> فصدر والفتنة قد انشبت اطفافها<sup>30</sup> ، وأعملت استتها وشفارها<sup>31</sup> ، وأغطشت لياثها<sup>32</sup> ، واجالت في عراصه خيلها<sup>33</sup> ، فكتب اليه ومملوکك قبل التهنئة

(البسبيط) يشكو اليك الذي تطوبيه أصلعه

بالح Prismatica من قمة وتسهيلا

فأتسخ لى الشود من أيام وحشتها

بالبيض قبل اختلاطه البيض والسود

فقال ابن ايمان اراد المشيب والشباب فقال هو والله ما اراد الا الروم والزنجر وكناه باختلاطهم  
حسن انتشارهم<sup>c\*</sup> فيينا<sup>d</sup> وابساطتهم<sup>e</sup> والله لا جمع<sup>f</sup> بينهما قبل ان ينتحر<sup>g</sup> بأسهم البناء<sup>h</sup> فيعود

- 1) للاجتهاد. 2) Sic uterque Codex habet: reso-  
nantiae causâ potius legendum videtur in quartâ formâ. 3) الـ. 4) A. 5) بـغـرـة. 6) B. 7) الذـ. 8) p. 9) A.  
وـبـغـرـة. 10) A. 11) بـسـرـة. 12) B. 13) inverso. ordine  
B. 14) A. 15) القـدر. 16) اـكـرامـاـ الغـاشـيـةـ وـحـفـظـ الـحـاشـيـةـ  
وـأـقـامـاـ. 17) تـاخـرـاـرـقـهـ. 18) B. pro his 2 voc. 19) بـرـاـبـهـاـ. 20) اـكـرامـاـ الغـاشـيـةـ وـحـفـظـ الـحـاشـيـةـ  
وـكـانـاـ. 21) اـخـتـلاـطـهـ. 22) B. 23) تـسـعـيـهـ. 24) بـلـفـارـهـ. 25) A. 26) بـيـتـجـهـرـهـ.  
27) A. 28) بـفيـهاـ. 29) A. 30) وـأـنـتـشـارـهـ. 31) بـأـنـتـشـارـهـ. 32) بـأـنـتـشـارـهـ. 33) بـأـنـتـشـارـهـ.

الشباب مشيناً، وترى الولدان شيباً " وتدخل <sup>a</sup> كل سلوة <sup>b</sup>، وتنحى <sup>c</sup> كل حبقة <sup>d</sup>" وتكثُر الاجاحات <sup>e</sup>، وتُصبح <sup>f</sup> الاعراس وهي مناحات <sup>g</sup>، وعاقت الفتنة عن <sup>h</sup> ذلك وشغلت <sup>i</sup>، وترقدت <sup>j</sup> عواديهما واستتعلت <sup>k</sup>، فلم يتتكلف <sup>l</sup> اعراسه <sup>m</sup>، ولا جرت <sup>n</sup> في ميدان المنا <sup>o</sup> افراسه <sup>p</sup> ولما عقر <sup>q</sup> المتوكل وصريع <sup>r</sup>، وجُري من الرَّدَى ما جُري <sup>s</sup>، ارتدت آسماء أبي بكر على <sup>t</sup> اتفاقها، وانسابت <sup>u</sup> حَيَّاتُ المُلْمَاتِ مِنْ اتفاقها <sup>v</sup>، وانتهيت امواله <sup>w</sup>، وفُتكت احواله <sup>x</sup>، وغدت منازله وهي نزائل <sup>y</sup>، وترى له ظل <sup>z</sup> وهو زائل <sup>z\*</sup>، واستنس <sup>z\*</sup> له البغاث <sup>z</sup>، وعديم المستصرخ المستغاث <sup>z</sup> " فقال يرمي المتوكل والفضل

(الطوبل) تهافت بي الدنبا ومرت <sup>z</sup> كلابها  
بأسري وجرت بيض أقباني النمل <sup>z</sup>  
قللت لها عيشي <sup>z</sup> جمار وجيري  
فلا عمر مني قريب ولا الفضل <sup>z</sup>

ثم اعراض بها بعد والحال قد حفَّ معينها <sup>z</sup>، وخفت قطينها <sup>z</sup>، وفُرِدَ شمادها <sup>z</sup>، وفقد عيادها <sup>z</sup>، فاقام معها بين احوال مُكْرِبة <sup>z</sup>، وآمال مصطربة <sup>z</sup>، الى ان حان حيئها <sup>z</sup>، وisan بها رحيل المنابيا وينتها <sup>z</sup>، وفيها يقول عندما عاقها عنه البحيم وعداهما <sup>z</sup>، ولوها عنه كما يُثنى <sup>z</sup> عن الروضة نداها <sup>z</sup> "

(المتقارب) ادمعا جموحا وصبرا حزوفنا  
لقد جمع الْكُرْنَ ففيك الفنونا  
تميس <sup>a</sup> اختيلا وتنقد <sup>b</sup> ليانا  
ستاجعل خذك خيها <sup>c</sup> رفدا <sup>d</sup>  
فلا تمسكنا لشريح اناس <sup>e</sup> قناتك ميما وباء <sup>f</sup> وسيينا

I) A. على B. على g) ساجات A. i) وبندخل A. h) A. ويندخل B. ويندخل A. k) A.  
B. وانسلت B. p) عبر B. o) اعراصه B. m) المثلا B. n) بيتکيف  
w) A. huic voci recentiore manu superscriptum est z\*) B. بیس، B. بینه a) B. بینی، B. بینی، B. وبنقدر B. B. ونقدر B. B.

وَخَطٌّ عَلَى وَرْدِ كَافُورِيَّكَ h  
بِمِسْكٍ عَذَارِيَّكَ لَامًا وَتُونَا ،  
وَمِنْهَا يَشْبَهُ قَوْسِيَ لَدِيكَ  
مُصَابٌ حَكِيَ فِي ابْنَةِ الْحَضْرَمَى  
وَلَفَ الشَّهْبَابَ بِاَوْرَاقِهِ  
وَأَوْدَعَهُ التُّرْبَ عَصْبَا مَصُونَا  
وَعَيْشَا نَصِيرًا g وَانْسَسَا طَرُونَا

وَأَخْبَرَنِي الْوَزِيمُ أَبُو مُحَمَّدُ بْنُ عَبْدِ الرَّحْمَنِ أَنَّ الْجَدْلَبَ تَوَالَى بِخَضْرَتِهِ حَتَّى جَفَّتْ h مَذَانِبُهَا ،  
وَأَغْبَرَتْ جَوَانِبُهَا i ، وَغَرَّدَ الْمُكَاء k فِي غَيْرِ رَوْضَةِ ، وَخَاصَّ الْبَيْاسَ بِالنَّاسِ l أَعْظَمَ حَوْضَةَ «  
وَابْدَتِ الْخَمَائِلُ عُبُوسَهَا ، وَشَكَّتِ الْلَّسْمَاءَ الْأَرْضَ m بُؤْسَهَا » فَاقْلَعَ الْمُتَوَكِّلُ عَنِ الشَّرَابِ «  
وَاللَّهُو ، وَنَزَعَ مَلَابِسَ الْخُيَلَةِ وَالْزَّقْوَ » وَاظْهَرَ الْخَشْوَعَ ، وَأَكْثَرَ السَّاجِدَوْنَ وَالْمُرْكُوعَ » إِلَى أَنَّ  
غَيْرَمَ الْجَوْ ، وَانْسَاجِمَ النَّوْ » وَصَابَهُ الْعَقِيمَ ، وَتَرَنَمَتْ p الْحَمَامَ » وَسَقَرَتِ الْأَنْوَارَ ، وَزَقَتِ  
الْنَّجَادُ وَالْأَغْوَارَ » وَانْتَفَقَ إِنْ وَصَدَ أَبُو يَوسُفَ الْمُغَنِيَّ وَالْأَرْضَ قَدْ لَبِسَتْ زَخَارِقَهَا ، وَرَقَمَ الْعَمَامُ  
مَطَارِقَهَا » وَتَدَبَّرَجَتِ الْغِيَظَانُ وَالْهُبَّا ، وَأَرْجَحَتْ نَفَحَاتُ الصَّبَا » وَالْمُتَوَكِّلُ هَا فَصِّ q لِتَوْيِنَهِ  
خِتَاماً ، وَلَا نَفْضَ عَنْ قَلْبِهِ مِنْهَا قَنَاماً » فَكَتَبَ إِلَيْهِ

(المتقارب) السَّمْ أَبُو يَوسُفِ وَالْمَطَرُ فِيَا لَيْتَ شَعْرِيَّ مَا يُنْتَظِرُ  
وَلَسْتُ بِأَبَابِ وَانْتَ الشَّهِيدِ حَصُورَ r تَدِيكَ فِيمَنْ حَضَرَ  
وَلَا مَطْلَعِي وَسْطَ تِلْكَ السَّمَاءِ بَيْنَ النَّاجِمَ وَبَيْنَ الْقَمَرِ  
وَرَكْضِيَّ فِيهَا جِيَادُ الْمُدَامِ مَاحْشُوَّةً s بِسَيَاطِ الْوَقَرِّ

قَبَعَثَ إِلَيْهِ مِرْكُوبَا وَكَتَبَ مَعَهُ t

(المتقارب) بَعَثْتُ إِلَيْكَ جَنَاحًا فَطَرَ عَلَى خَفْيَةِ u مِنْ عَيْنِ البَشَرِ

e) A. كَافُورِيَّكَ . d) مَشَالٌ . f) In Cod. A. huic voci aliâ manu super-  
scriptum est . g) نَصِيرَةٌ . h) Sic est in B. , A. habet . i) حَفَّ .  
مَذَانِبُهَا . B. مَذَانِبُهَا . j) الْبَكَّا . l) بِالْبَيْاسِ . k) جَوَانِبُهَا et مَذَانِبُهَا . A. ; جَوَانِبُهَا  
النَّاسُ بِالْبَيْاسِ . m) بِالْأَرْضِ . n) الشَّرَبِ . o) وَطَابِ . p) وَتَرَنَمَ . q) مَقْصِنِ .  
وَتَرَنَمَا . B. مَاجْتَوْتَةً . s) مَحْصُورًا . A. . r) مَقْصِنِ . u) B. خَفْيَتَهُ . B. . t) إِلَيْهِ .

على ظليلٍ <sup>a</sup> من شتاج البروق <sup>b</sup> وفي ظليلٍ من <sup>c</sup> نسيم الجاحظ  
فاحسبي ممن ثأى جفوة <sup>d</sup> فمن غاب كان فدا من حضر

فوصل إلى <sup>e</sup> القصبة المُطلة <sup>f</sup> على البطحاء، المُزروعة بمنازل الروحاء <sup>g</sup>، فقام منها حيث قال <sup>h</sup>  
(المذيد) في قباب حول سكينة <sup>i</sup> عندها الزيتون قد ينعا

ومضي لهم من السرور يوم ما مر الذي رَّجَين <sup>j</sup>، ولا تصور قبل عيونهما لدى حين <sup>k</sup>،  
وأخبرني أنه سايمه إلى شنترين ناصية أرض الإسلام، السامية الذرئ <sup>l</sup> والأعلم <sup>m</sup>، لا يروعه  
صرف، ولا يقعده طرف <sup>n</sup> لأنها متوعة البراقى، ومعقرة <sup>o</sup> لبراقي <sup>p</sup>، متمكنة الرواسى والقواعد،  
على <sup>q</sup> صفة نهر استدار بها استدارة القلب بالساعد <sup>r</sup>، فدل <sup>s</sup> أطلنت على خمائتها اطلاق  
العروش من متنتها، واقتصرت في السجنو أكثر من حستها <sup>t</sup>، فمروا ببليش <sup>u</sup> فظير سالت به  
جداؤه، واختالت فيه خمائله <sup>v</sup>، فيما ياجول الطرف منه <sup>w</sup> إلا في حدائقه <sup>x</sup> أو بقعة انيقه <sup>y</sup>،  
فتلتقاهم ابن مقانى <sup>z</sup> قاضى حضرته <sup>m</sup> وائزهم عنده <sup>t</sup>، وأورى لهم بالمبية زندة <sup>u</sup>، وقدم طعاما، واعتقد  
قبوله مثنا وائعا <sup>u</sup>، وعندما طعموا قعد القاضى بباب المجلس رقبايا لا يريح <sup>u</sup>، وعين المتكول  
حياة منه لا تجول ولا تمرح <sup>u</sup>، فخرج أبو محمد وقد ابرمه القاضى <sup>u</sup> ببنقيلة <sup>u</sup>، وحرمه راحة  
رواحه ومقليله <sup>u</sup>، فلقي <sup>P</sup> ابن حieron منتظرًا له، وقد أعد لحلوله منزلة <sup>u</sup>، فصار إلى مجلس  
قد ابتسمت ثغور نواره <sup>u</sup>، وخرجت حدود ورد <sup>u</sup> من زواره <sup>u</sup>، وابتدا صدور أباريقه أسرارها <sup>u</sup>،  
وضمت عليه المحسن ازارها <sup>u</sup>، ولما حضر له وقت الأنس وحينه <sup>u</sup>، وأرجعت له زياحيته <sup>u</sup>،  
وجه من يرقب المتكول حتى يقوم جليسه <sup>u</sup>، ويزول موحشه لا انيسه <sup>u</sup>، فقام رسوله وهو بمكانه

v) In utroque Cod. est دليل.

w) In margine Cod. A. ut varians lectio adscriptum est نسيم

المطلة. x) B., ut videtur, pro his 2 voc. habet نان دنا (?) . y) — B. z) B. الساحر.

a) Addit A. c) B. pro his . b) ذى سكوة . d) عدى بن زيد بن الرفاع يصف مصنعا . e) — . f) — . g) B. . h) — . i) — . j) — . k) — . l) — . m) B. . n) — . o) A. . p) B. . q) Pro his 2 voc. A. . r) — .

g) حبائله . h) In B. vox deest, spatio vacuo relicto; A. habet بليش . i) Uterque C. . j) — . k) — . l) — . m) B. . n) — . o) A. . p) B. . q) — .

l) فلقىه . i) صانى . j) — . k) — . l) — . m) — . n) — . o) — . p) — . q) — .

q) حدوده . r) — . s) — . t) — . u) — . v) — . w) — . x) — . y) — . z) — .

لَا يَرِيمَهُ ، قَدْ لَازَمَهُ كَانَهُ غَرِيمَهُ ” فَمَا انْفَصَلَ ، حَتَّى ظَنَّ أَنْ عَارِضَ الْلَّيلَ ” قَدْ نَصَلَ ” فَلَمَّا  
عَلِمَ أَبُو مُحَمَّدَ بِإِنْفَاصَالِهِ يَعْثُثُ إِلَيَّ الْمُتَوَكِّلَ قَطِيعَةً خَمْرٍ وَكَبْقَفَ قَرْدٍ وَكَتَبَ مَعَهُمَا

(الجز) إِلَيْكُهَا فَاجْتَلَتْهَا ؛ مُنِيَّرَةً  
وَقَدْ خَبَا حَتَّى الشَّهَابُ الثَّاقِبُ  
وَاقِفَةً ” بِالْبَابِ لَمْ يَأْذِنْ لَهَا  
حَتَّى وَقَدْ كَادَ يَنْامُ إِلَيْهِ  
فَبَعْضُهَا مِنَ الْمُمَاتِ ” جَامِدٌ  
وَبَعْضُهَا مِنَ الْحَيَاةِ ذَائِبٌ ”  
خَبَلَهُمَا رَحْمَةُ اللَّهِ ” وَكَتَبَ عَ

(الجز) قَدْ وَصَلَتْ تَلْكَ التَّيِّرِ رَفِقَتْهَا . بِكُمْ وَقَدْ شَابَتْ لَهَا ذَوَائِبُ  
فَهُبْتَ حَتَّى تَسْتَرَّ ذَاهِبًا ” مِنْ أَنْسَنَا إِنْ آسَتِيَّدَ الْذَّاهِبُ ”

فَرَكِبَ إِلَيْهِ وَنَقْلَ مَا كَانَ مَعَهُ فِي الْمَجْلِسِ وَبَاتَا لِبَلْتَهُمَا لَا يَرِيمَانَ السَّهْرَ ، لَا يَشِيمَانَ بَرْقًا  
لَا الْكَاسَ وَالْتَّوْقِرَ ”

وَاحْبَيْنِي أَبْنَى زَرْقُونَ أَنَّهُ حَضَرَ مَجْلِسَ رَاحَ ، وَمَكْنَسَ طَبَاءَ ” وَأَفْرَاجَ ” وَفِيهِمْ جَمَاعَةٌ مِنْ  
الْوَزَارَاءِ مِنْهُمُ الْوَزِيرُ أَبْوَ بَكْرٍ بْنُ الْقَبْطَرَنَةِ شِيخِ الْفُتوَّهِ ” وَمَعْرِضُ فُتَّيَّاتِهَا ” الْمَاجْلُوَّهُ ” وَمَعَهُمْ  
سَعْدُ بْنُ الْمُتَوَكِّلِ وَهُوَ غُلَامٌ مَا نَصَبَ عَنِ الشَّبَابِ بَرْدَهُ ” ، وَلَا أَذْوَى ” بِيَاسِمِيَّتِهِ وَلَا وَرَهُ ” وَكَانَ  
الْوَزِيرُ أَبْوَ بَكْرٍ وَأَخْوَاهُ أَبْنَى مُحَمَّدًا وَأَبْنَى الْحَسَنَ مُخْتَبِصِينَ بِالْفَضْلِ الْأَخْيَيَهُ ” اِخْتَصَاصُ الْأَنْوَارِ  
بِالْكَمَائِمِ ” وَالْلَّبَابَاتِ بِالْتَّنَائِمِ ” فَتَنَدَّكُرُوا ” فَقَدَّهُ ” وَكَيْفَ شَفَا عَلَيْهِ التَّرْمُونُ حَقْدَهُ ” وَوَصَفُوا  
تَرْعَتَهُ ” وَأَوْقَدُوا لَوْعَتَهُ ” وَالْمِدَامُ قَدْ رَوْقَتْ دَمْعَهُ ” وَشَوَّقَتْ لَاحَادِيَّتِهِ سَمْعَهُ ” فَهَاجَ شَاجُوهُ ”  
وَبَيَانَ طَرْبَهُ وَلَهُهُ ” وَأَرْسَلَ مَدَامَعَهُ سِاجِلاً ” وَقَالَ ارْتَجَلاً ”

(الكامل) يَا سَعْدُ سَاعِدَتِي وَلَسْتَ بِأَخْبِيلَا  
وَأَحْبَبْتُ عَلَى دَمْوعَهِ هِينَكَ سَاعَةً  
وَأَبْرَدْتُ بِهَا مَمَا أَلَمْ غَلِيلِيَا  
إِنْ يَصِبِّحَ الْفَضْلُ الْقَتِيلُ فَرِبِّيَا ” أَصْبَحْتُ مِنْ وَجْدِي بِهِ مَقْتُولًا ”

- w) مَالْمَخَافُ B.; in A. est t) Sic in B.; in A. B.  
s) فَاجْتَلَتْهَا B. u) وَانْفَةً B. v) أَلَيْلٌ B.  
x) فَتَبَانَهَا A. a) ضَبَباءً B. z) A. معَهُمَا  
y) + B. b) ضَبَبيًّا B. d) B. pro his 2 voc. e) وَوَرَدَهُ B. f) بِذَاهِبٍ B. g) خَمْرًا B.  
z) مَعَهُمَا B. c) أَرْدَقِيًّا B. h) دَمْعً بِهِ B. i) أَبْرَدَهُ B. k) أَغْلَيْلٌ B. l) فَانِمَا B.

كم قد وقيتكم بالجسم بمهاجئي وحمييت شوّل علايكم معقولاً

ومن كلامه الحُمْرَ، ونشرة المُزْرِى m بالدُّرَّ، ما كتب به إلى المعتمد n شاعراً فهو ما يُسفر  
لي أيديك الله وجة مطالعتك، ولا يُعْدِد p لى سبب مُراسلتكم « إلا وأحد الزمان قد أقبل  
بعد أعراضه، وأمر حبل انتقامته »، وارى المنى تُلقي q إلى عنانها، وتدنى من بيدي r  
أحسانها، شانك العياد الذي اعتد جبل الْوَدِ بِحَقْوَةٍ، ومنهلاً أكْرَع فِي صَفَوةٍ، ومعظمنا  
أعطائية s بقسطه، وآناتجيه على شحطه، ولما كان فلان أبقاء الله قد سبقت يده المعرفة  
القديمة، وسلفت له t الأذمة الكريمة u، وأناني تناوه عليك بالغيب v ارسلاً، كانها هبَّ x  
صبا أو شملاً، لم يُفْنِي أن أعلمك لا بمكانه من الانقطاع إلى جهتك w، والتاحيز إلى قيثتك x  
وأن آشْفَعَ له عندك شفاعة حسنة أدرِكَ معها لديك كرم الشفيع، ويتحوز بها منك شرف  
العارفة والصنيع w، وهي مِنَة طوقته أياها، واطلعته بروضتها x رياها، ثم اعترض عليه فيها،  
وقد شهر ملكه لها ولنواحيها، ويعيد له الله ماجدك أن يكون ما وهبت مرتاجعاً، أو ما  
أوليت مُنْتَهِيَّا، وإن ارتقب لها الأسفاف والنقويل، كما يرتقب الظمان الورود والوصول، وآن  
منئت اعترك k الله بالمراجعة الجميلة البديعة، وقرتها بأحوالك g المضونة الرفيعة، اقتضيتك  
الشكْر من شاكر، كنور زاهر h وغمام باكر، إن شاء الله تعالى  
وكان ليلاً مع z خواصه k للأنس معاطيها، ولماجليس كالشمس مواطننا l، وقد تفرغ للسرفz،  
وتتسوّع عيشاً يُزِّرِي بالأضل الغرور m، والمتنى قد أصصحت ورقها، وأوصن n برقها، والسعده  
تطلُّu مخائيله، والمملُّك يبيدو p زهوة وتخاليه، اذ ورد عليه كتاب بدخول أشبونة في  
طاعته، وانتظامها في سلوك جماعته، فزاد في مسْرِته، وبسط من أسرته، وأقبل على  
خُدامه، وأسبل نداء q على جلاسة r وندامة، فقال له ابن خبيرة s وكان يُدَلِّ بالشباب،

- m) A. بـ ولا يغـ. A. المزدرى.  
 n) B. pro his 2 voc. B. للمعتمد o) — B. p) B. pro his 2 voc.  
 q) A. معه v) — B. w) A.  
 r) بـ يلقي s) أعطيـة t) لـ u) A. بـ v) — B. w) A.  
 a) B. pro جانبيـe. B. pro his 2 voc. x) بـ هـt. y) أعلم. z) بـ بـ هـt.  
 e) A. ويعـدـ. d) بـ هـt. c) بـ هـt. b) الـفـيـعـ وـالـصـنـيـعـ.  
 f) بـ بـ هـt. i) بـ هـt. h) بـ هـt. j) بـ هـt. g) بـ هـt. f) بـ هـt.  
 m) B. بـ يـطـلـعـ. o) وـأـصـنـ. n) B. بـ هـt. A. pro his 3 voc. k) بـ هـt. A. المـزـرـورـ.  
 q) بـ هـt. g) بـ هـt. r) مجلـسـيـةـ. s) حـبـرـةـ. A. بـ هـt. بـ هـt.

وينزل منه <sup>١</sup> منزلة الأَحْبَاب <sup>٢</sup>، لمن تَوَلِّهَا <sup>٣</sup> فقال لِكَ فَقَالَ <sup>٤</sup> فاكثُبْ لَى الآن بِذَلِكَ فاستدَنِي  
 الرِّفْقُ وَالدِّوَانَةُ <sup>٥</sup> وَكَتَبَ وَمَا جَفَ لَهُ قَلْمَانُ <sup>٦</sup>، وَلَا تُوقِفَ عَنْهُ تَلْمِيْمُ <sup>٧</sup>، لَمْ يُسْوِغْ <sup>٨</sup> اولِيَّاتِ النَّعْمَ  
 مُشَبِّهً لَذِي سُوْغَتِمَةٍ مِنَ النَّزَامِ الطَّاعِنَةِ <sup>٩</sup>، وَالنَّخُولُ فِي نَهْجِ الْجَمِيعَةِ <sup>١٠</sup>، وَلَذَلِكَ لَا تَلْوِكُمْ وَنَفْسَيْ  
 قَبِيكُمْ تَصْحَّا فِيمِنْ أَتَاهُكُمْ لِلنِّيَابَةِ عَنِّي فِي تَدْبِيرِكُمْ <sup>١١</sup>، وَالْقِيَامُ بِالْدِقْيَقَ وَالْجَلِيلِ مِنْ أَمْوَارِكُمْ <sup>١٢</sup>  
 وَقَدْ وَلَيْتُ عَلَيْكُمْ مِنْ لَمْ أَوْتُ <sup>١٣</sup> وَاللَّهُ فِيهِ دَوْاعِي التَّقْرِيبَ <sup>١٤</sup>، عَلَى بِواعِثِ التَّاجِرِيبَ <sup>١٥</sup>، وَلَا مَوَاتٌ  
 بِالتَّخْصِيصِ <sup>١٦</sup>، عَلَى لَوَازِنِ النَّمَاهِيْصِ <sup>١٧</sup>، وَهُوَ الْوَزِيرُ الْفَائِدُ ابْوُ عَبْدِ اللَّهِ بْنِ خَيْرٍ طَابَنِيْ دُرْبِهِ <sup>١٨</sup>  
 بِعَصْبِيْ صَاحِبِهِ <sup>١٩</sup>، وَنَشَأْتِي شُبَكَةَ وَقَرْبَهِ <sup>٢٠</sup>، وَقَدْ رَسَمْتُ لَهُ مِنْ وُجُوهِ الدَّبَّ وَالْجَمِيعَةِ <sup>٢١</sup>، وَمَعَالِمِ  
 الرِّفْقِ وَالْعَنَيْهِ <sup>٢٢</sup>، مَا النَّتَرَمِ الْاسْتِيْفَاءَ بِأَجَدِهِ <sup>٢٣</sup>، وَالْوَقْوفُ بِأَجَدِهِ <sup>٢٤</sup>، وَالْمَسْؤُلُ فِي  
 عَوْنَهِ مِنْ لَا عَوْنَ لَا مِنْ عَنْدِهِ <sup>٢٥</sup>، وَلَنْ أَعْرِكُمْ مِنْ حَمِيدِ خَصَالَهِ <sup>٢٦</sup>، وَسَدِيدِ فَعَالَهِ <sup>٢٧</sup>، إِلَّا بِمَا سَبَبَدُو  
 لِلنَّعْيَانِ <sup>٢٨</sup>، وَيَسِّرُوكُمْ مَعَ الْامْتَحَانِ <sup>٢٩</sup>، وَيَغْشُوُهُمْ مِنْ قَبْلِكُمْ أَنْ شَاءَ اللَّهُ عَزَّ وَجَلَّ عَلَى كَلْمَانِ  
 لِسَانِ <sup>٣٠</sup>، وَقَدْ حَدَّدْتُ لَهُ أَنْ يَكُونَ لِنَاشِئَكُمْ أَبَا <sup>٣١</sup>، وَلَكَهُلُكُمْ <sup>٣٢</sup> أَخَا <sup>٣٣</sup>، وَلَذِي التَّقْوِيسِ وَالْكَبِيرِ  
 أَبِنَا <sup>٣٤</sup>، مَا أَعْنَتِمُوا <sup>٣٥</sup> عَلَى هَذَا <sup>٣٦</sup> الْمُرَادُ <sup>٣٧</sup>، وَلِزَرْمُ الْأَبْعَدِ <sup>٣٨</sup> الْجَوَادُ <sup>٣٩</sup>، وَرَكْوبُ الْإِنْقِيَادِ <sup>٤٠</sup>، وَأَمَّا  
 مِنْ شَقِّ الْعَصَا <sup>٤١</sup>، وَبَيْانِ عَنِ الطَّاعَةِ مِنْهُ الْمُرَادُ <sup>٤٢</sup> وَالْهَوَى <sup>٤٣</sup>، فَهُوَ الْقَصْنِيُّ مِنْهُ <sup>٤٤</sup> وَلَوْ مَتَ  
 لِلَّهِ <sup>٤٥</sup> بِالرَّحْمِ الدُّنْيَا <sup>٤٦</sup>، فَكُونُوا لَهُ خَيْرٌ رَعِيَّةٌ بِالسَّمْعِ وَالْطَّاعَةِ فِي جَمِيعِ الْأَحْوَالِ <sup>٤٧</sup>، يَكُونُ لِكُمْ  
 بِالْبَيْرِ وَالْمُوَلَّةِ خَيْرٌ وَالْوَالِدُ <sup>٤٨</sup>، إِنْ شَاءَ اللَّهُ تَعَالَى  
 وَأَخْبَرْتِي الْوَزِيرُ الْفَقِيهُ أبُو أَيُوبَ أبِنِ أَبِي أَمِيَّةَ أَنَّهُ مِنْ فِي بَعْضِ أَيَّامِهِ بِرَوْضِ مُفْتَنِي الْمَبَاسِمِ،  
 مُعْطِرِ الْرِّيَاحِ النَّوَاسِمِ <sup>٤٩</sup>، وَقَدْ صَنَعَ الْرِّبِيعَ حَوْرَانَهُ <sup>٥٠</sup>، وَانْطَلَقَ <sup>٥١</sup> بِلِلْهُ وَرَشَانَهُ <sup>٥٢</sup>، وَالْحِفَ غَصُونَهُ  
 بِرِودَا مَخْصَرَهُ <sup>٥٣</sup>، وَجَعَلَ اشْرَاقَهُ لِلشَّمْسِ ضَرَّهُ <sup>٥٤</sup>، وَازْهَيْرَهُ تَبَيْيَةً عَلَى الْكَوَاكِبِ <sup>٥٥</sup>، وَنَتَخَتَّلُ فِي  
 خَلْعِ الْغَمَائِمِ السَّوَاكِبِ <sup>٥٦</sup>، فَارَّاتَحَ إِلَى الْكَوْنِ بِهِ بِقَبَيْتَهُ نَهَارَهُ <sup>٥٧</sup>، وَالْتَّسْنُعُمُ بِيَنْفَسَاجِهِ وَبَهَارَهُ <sup>٥٨</sup>

t) — A. u) In Cod. A. margini adscriptum est او من يكون واليها B. vero post توليهَا  
 addit eadem illa verba : pro ف قال له انت ibid. habetur v) A. + نه. w) B.  
 عليهكم a) + B. نسوع z) كلام. y) الدواف والرق A. inverso ordine x) فاستدعي  
 والرعاية. B. دريدة. d) — A. e) ذريدة. A. ابن. c) دريدة. B. ذريدة. A. ابن  
 ولناهلكم k) B. جددت. i) A. جددت. h) Haec. 2 vco. — B. g) ويشفروا. B. لتعييان f) B.  
 عنه m) — A. n) — A. o) B. p) B. g) B. q) B. r) A. صورة. B. قدر. e) Ut erque C. مانطلقا

فِلَمَا حَصَلَ مِنْ أُنْسَهُ فِي وَسْطِ الْمَدْىِ، عَمِدَ إِلَى دَرَقَةٍ لَكَرْتَبٍ، قَدْ بَلَّهَا النَّدْىُ، وَكَتَبَ فِيهَا بِنَطْرِقٍ غُصْنَ نَاعِمٍ<sup>w</sup>، يَسْتَدْعِي الْوَزِيرَ أَبَا طَالِبٍ أَبْنَ غَانِمٍ، أَخْدَ نَدْمَائِهِ<sup>x</sup>، وَنَاجِحُونَ سَمَائِهِ<sup>y</sup>،

(البسيط) أَقْبَلَ أَبَا طَالِبٍ إِلَيْنَا، وَاسْقَطَ سَقْطَ سَقْطٍ وَالنَّدْىُ عَلَيْنَا

فَنَبَخَنَ عَقْدَ بَغْرِيْرٍ وَسَطْرِيْرٍ، مَا لَمْ تَكُنْ حَاضِرًا<sup>z</sup> لَدِينَا

وَلَمَّا دَافَى العَيْدُ<sup>a</sup> الَّذِي لَمْ يُقْرَعْ فِيهِ بِاسْمَائِهِمْ مُنْبَرٌ<sup>b</sup> وَلَا تَصْرُوحَ فِي نَوَاحِيهِ مِنْهُمْ<sup>c</sup> مَسْكٌ  
وَلَا عَنْبَرٌ<sup>d</sup>، وَطَوَّتِ الْفَضْلَ مَنْبَرُهُ<sup>e</sup>، وَتَعَطَّلَتِ فِي ذَلِكَ الْمَوْسِمِ تَبَيْنَتُهُ<sup>f</sup>، تَذَكَّرُ الْوَزِيرُ أَبُو  
مُحَمَّدُ أَبْنَ الْقَبْطَرَنَةِ لِيَامَهُ مَعَهُ، وَتَصْرُورُ أَعْيَادَهُ وَجُمُعَهُ<sup>g</sup>، وَأَشْرَاقُهَا بِجَلَائِهِ، وَابْتِهَاجُهَا بِعَلَائِهِ<sup>h</sup>،  
وَشَكَرُ فِي سَقْطَ النَّسُورِ عَلَيْهِ وَالْعَقْبَانِ<sup>i</sup>، وَتَمْرِيقُ الْوَرَحَشِ لِجِسْمِهِ الَّذِي كَانَ كَغْصِنَ  
الْبَلَانِ<sup>j</sup>، فَقَالَ

(الطوبل) أَبَا الْفَضْلِ لَمْ يَأْجُبْ لِمَوْتِكَ أَنَّهُ هو الدهر لا يَبْقَى عليه ولا الدهر

الْيَكَ وَكَنْتَ السَّيِّفَ حَلْيَتَهُ التَّصْرُورُ<sup>k</sup>، وَلَا كُنْ لَأَسْبَابِ مَشَيْنَ<sup>l</sup>، عَوَاصِبُهُ<sup>m</sup>

وَبِاً عَاجِبَيَا لِلْأَرْضِ حَيَا<sup>n</sup> وَمَلِكَتَهَا<sup>o</sup> سَتْرُ

خَلِيلَتَكَ مِنْ عَيْنِنِي وَقَلْبِي مَبَابَةُ<sup>p</sup> تَبُؤُ إِلَى قَبْرٍ إِذَا لَمْ يَكُنْ قَبْرٌ<sup>q</sup>

سَابِكَيِّ<sup>r</sup> بِهَذَا العَيْدِ بَعْدَكِ فَتْيَةَ<sup>s</sup> رَفِيعِ قُوَّمٍ نَظَمٌ وَدَمْعَهُمْ تَشَرُّ

قَائِمٌ هَلْ يَبْيَضُ وَجْهُكَ طَالِعًا<sup>t</sup> وَيَسُودُ<sup>u</sup> فِي الْحَاظَةِ الْعَيْدِ وَالْفَطْرِ<sup>v</sup>

لَيْرَعُكَ<sup>w</sup> مَنْتَيْ مُشْفِقٌ نَوْ حَفِيظَةٌ<sup>x</sup> عَلَيْكَ إِذَا لَمْ يَرْعَكَ الدِّئْبُ وَالنَّسَرُ<sup>y</sup>

تَمَتَّتْ أَخْبَارُ الْمُتَوَكِّلِ رَحْمَةُ اللَّهِ عَلَيْهِ<sup>z</sup>

v) — A. x) B. y) Sic est in Cod. B. et in margine Cod. A.; A. أَكْرِيبَ

in hujus vero textu pro his 2 voc. est. وَقْعُ وَقْرُعُ a) B. b) — A. العَهْدُ. حَاضِرٌ.

c) B. d) A. بَعْلَاهُ e) A. in textu habet verum voci superscriptum est أَثْنَيْتَهُ.

f) A. عَوَاصِبَا. g) A. حَيْنَنَةِ k) A. بَيْسُونَ. l) مَشَيْنَ.

l) Haec verba, Capitis fini in A. addita, in B. non habentur.

*Interpretatio loci Ibn-Khakānīs de Omare al-Motawaccilo.*

Al-Motawaccil alā-llāh Abū-Mohammad Omar filius al-Modhaffari, cui Deus propitius sit, rex fuit qui colligebat equitum cohortes militumque legiones, et nodis constringebat vexilla minora et majora<sup>1</sup>: quaecunque ille vellet, juhebat tempus, et hoc peragebat imperata; ejusque Cabam circumibat et visitabat multiplex aequalium spes<sup>2</sup>. Haec autem conditio fortunata in eo erat juncta cum oris facundiā orationisque perspicuitate non minus quam hospitalitate; quā in atrio areāque mediā aedjum suarum iis qui eum adirent amplum concederet spatiū<sup>3</sup>. Componebat enim carmina, quae in contemtum adducunt margaritas aptā serie junctas, et mollities orationis ejus solutae ita procedit, ut spirat lenis auratē flatus.<sup>4</sup> Erant autem dies ejus tales, quasi essent omnes e pulcherrimis eorum; et noctes tales, quasi in illis ipsam Familiaritatem oportuisset adesse et convenire (cum hominibus)<sup>5</sup>: splendebant illae solis fulgore et aurorae nitore; et fluebant iis facta ejus generosa fluminibus et rivis<sup>6</sup>: donec dies solitā hostilitate adversus eum usi sunt,

- 1) Significat auctor, Omarem exercitum bene dispostum habuisse, cuius partibus diversis minoribus aequē ac majoribus duces praeficeret. Quem enim militibus praeesse juberent, solebant ei reges vexillum tradere, cuius magnitudo diversa erat pro cohortis, cuius esset insigne, diverso numero. Tradebant autem illud complicatum nodisque constrictum, mox, ubi exercitus educeretur, explicandum.
- 2) Comparavit jam hunc locum Cl. Weijers cum eo, quem edidit Speciminis sui p. 20 vs. 4. Vide ejusdem Spec. p. 64 ann. 10, ubi satis ad figuratae dictionis vim explicandam dictum esse putō.
- 3) Memorat auctor, Omaris hospitalitatem laudans, *atrium* ut locum, ad quem primum pervenient hospites, cum domum intrant; *cavaedium* vero, quoniam ibi ludis aliisque variis oblectamentis horas fallere solent Orientales: quibus etiam interesse quos hospitio excipiunt, per se patet.
- 4) De notione, hoc etiam loco verbo *مُجْتَمِعٍ* tribuendā, vid. Cl. Weijers Spec. p. 86 ann. 74, et quod ad imaginem, hoc loco usurpatam, locus similis Haririi p. ۱۰۷ vs. 2.
- 5) Participium passivum *مُجْتَمِعٌ* hīc ut nomen actionis positum est. Ceterum vides, auctorem significare noctes tempore imperii Omaris laetis conviviis et conventibus hominum familiaritate cum eo conjunctorum fuisse dicatas.
- 6) Apparet ex hoc loco, nominis *خَلْبَقٍ*, significatione *fluminis* usurpati, pluralem etiam esse *خَلْبَقَاتٍ*, qui in Freytagii Lexico tantum ei proprius esse dicitur, si scutellam ligneam magnam vel navigii quoddam genus vel funem vel corpore tremente praeditum significat.

et inopinato ei obrepserunt; ut quondam palatii domino<sup>7</sup>, et eum aggressi sunt, ut Abū-Zohairum ultra Omanem<sup>8</sup>. In arenam demerserunt in eo gloriae nasum<sup>9</sup>, et petiit eum sagittis suis vicissitudo casuum fortunae, ita ut scopum feriret: tum vero tenebris obducti fuerunt dies ejus splendidi, et emarcuerunt rami ejus frondosi; et translatus fuit ille cum duobus filiis suis ad eum locum, ubi amaros suos fructus iis gustandos dedit tempus. Mox vero perfecit adversus eos acies gladii arbitrium suum,

٧) صاحبُ الايون، sive dominus Iwani, est nomen, quo saepius designantur Persarum reges e dynastiā Sasanidarum. Hic vero quisque intelligit de ultimo eorum Jezdedjerdo III. sermonem esse. Ceterum verbo بَدْ، clanculum obrepst in aliquem, utens non tam hoc vult Ibn-Khakan, subito malis oppressum fuisse Omarem, sed potius fortunae perfidiam pingit, quae amicitia simulata eo eum perduxerat, ut nihil nisi bona ab ipsa speraret; verum mox, ubi eum securum vidit et nihil tale exspectantem, solita sua malitia in eum irruit et e gloriae sede in exitium eum deturbavit.

8) Si lectionem utriusque Codicis retineamus, mihi fatendum est, illum Abu-Zohairum, enjus infornia hoc loco in exemplum adducuntur, mihi esse ignotum. At vero quamvis, nimiae in textū emendando audaciae suspicionem evitans, edidi لابي زهير، mihi tamen nullum fere est

dubium, quin legendū sit لابن زهير، et respexerit Ibn-Khakan ad ea quae referuntur ab Ibn-Nobatā in Rasmusseni Additam., p. ۴۴f vs. ۵ a f. seqq. et vers. lat. p. 32, notissimum nempe Kaisum Ibn-Zohair Absitam sub supremū vitæ tempus in Omane degisse, cuius regionis limitibus cum aliquando Asaditā quodam eum comitante exiisset, plantas, quae ipsi inopiā presso cibum praebarent, quaerens nocte quoddam frigidā fame necatum perceperisse nidorem carnis tostae, qui e tentoriis tribus cujusdam, quae in viciniā castra posuisset, ad nares ejus perveniret: cum vero gradum accelerans prope mansionem tribus, pervenisset, prae animi magnitudine hospitalitatem petere dedignatum comiti dixisse فلان وما تزيد. قل

(leg. vid. فانـا)، tibi per me facere licet id quod vis; equidem in hisce locis arenosis remanens exspectabo eumdem illum fortunae casum, qui incidit hominum aetatibus praeteritis; cum autem socius ejus rediret, ab hoc repertum fuisse sub arbore, cuius quaedam folia ut famem iis vescendo extingueret decerpisset, jacentem, mox vero expirasse. Hunc igitur miserabilem Kaisi exitum hoc loco significat Ibn-Khakan.

9) Significat tantā gloria conspicuum fuisse Omarem, ut fortuna, cum eum de excelsa conditione in exitium deturbaret, ipsam gloriam prostravisse censeri possit. Ceterum quod ad locutionem nasum alicujus in arenam demergere, cfr. loci similes in Specimine Cl. Weijers p. 39 vs. 3 et p. 59 vs. 1.

et exsecuta est in eos ioppressio dierum omnem suam injuriam <sup>10</sup>; adeo ut nemo se ad eos inclinaret nisi costae noctis, nec quisquam apud eos subsisteret, nisi ferae sinistram infortunium portendentes, neque illa vox iis auxilium implorantibus responderet, nisi ululatus luporum, aut bubo cuius [flebili cantu] exardet animi tristitia <sup>11</sup>. Tum irrigabatur terra eorum sanguine, neque amplius a suggestibus sacris audiebantur honoriifica eorum nomina <sup>12</sup>, et redditum est tempus matutinum regni eorum ut vespera sera, et instituerunt super illo (regno) sidera planctus; illi vero in humum ceciderunt, cum lunam plenam splendore suo referrent, et ardente dolorem excitarunt in pectoribus; factique sunt prostrata cadavera, ita ut Aquilo pulverem in eos dispergeret, (omniumque, qui antea in iis fiduciam ponerent) spes ab iis recederet <sup>13</sup>, projecti in terrae superficiem, pulvere foedati ad diem usque resurrectionis et apparitionis (coram Deo). Jam pro thronis decumbebant in humum, et sanguine erant infecti, cum antea moscho odoris fragrantis <sup>14</sup> copiose fuissent inuncti; locusque, ubi ceciderunt, e cruento eorum veste rubra tectus est, et hominum frequentia destitutus, non veniente ad eum noctu nisi leone aut lupo, nec favente intuitu ad eum respiciente nisi coelo nubibus obducto, quod tamen (spem quam fecerat pluviae frustans) colliquescere sinit deser-

10) In utroque Codice legitur وانفذ : facile quidem foret pro eo verbo substituere، وانفذ، verum cum in eodem hoc capite nobis occurrat aliud etiam exemplum verbi انفذ، negligentia quadam scripti، انفذ، hoc quoque loco illud retinendum censui.

11) Posset fortasse defendi lectio Codicis B., si statueres، صدی significare vocis reciprocationem; adeo ut locus esset vertendus (*non respondit iis nisi*) vocis reciprocatio, cuius iterationem identidem petebat ignis tristitia. Decimam enim speciem verbi عاد non minus cum genitivo, praecedente ب، quam cum accusativo, ejus rei cuius iterationem peti construi posse, ex analogia usitatissimi استدعي et similius verborum dubio vacare arbitror. Pingeretur igitur hoc loco conditio hominis quem tristitia aculeis suis ad gemitus et opis implorationem stimulat, cujusque vocem echo repetit, illo identidem querelas suas iterante, a circumiacentis regionis montibus et sylvis mox reciprocandas. Verosimilium tamen puto، يَسْتَعِيدُ e esse corruptum، et vocem يَسْتَعِيدُ ante explicacionis causā esse additam ab aliquo، qui adhuc hanc lectionem in Codice suo reperisset; cum contraria hujus additionis ratio idonea reddi non posset، si ab initio jam lectum fuisse يَسْتَعِيدُ.

12) Verbo تَعْتَلَتْ utens significat auctor, *Omaris et filiorum ejus nomina, in precibus publicis e sacris suggestibus recitata;* tanto iis decori fuisse, quanto sunt mulieri monilia sua.

13) Respicitur hic ad illud quod antea de Omare dictum erat طافت بكتبه الامال واعتمرت.

14) Proprie odoris adhaerentis, i. e. cuius odorem res quae semel eo imbutae sunt, non facile amittunt, sed diu servant.

tum ( aestu sitique ) <sup>15</sup>; factaque sunt e carnibus eorum leonibus epula, et vultures circumvoltabant eorum sanguinem. Per longum autem tempus accedere iis licuerat ad loca aquationis votorum et invenerant domos ab his habitatas <sup>16</sup>, et equis praestantibus vecti fuerant eosque a latere suo duxerant, et adfuerant festis eaque exornaverant <sup>17</sup>: mandata eorum argumentum constituerant ejus, quod in parte diplomatum interiore erat scriptum <sup>18</sup>, et penes gladios eorum acutos arbitrium fuerat sortis collorum et verticum: torquibus cinxerant dona eorum colla, et reverentia, quam incutiebant, depressoerat palpebras et pupillas <sup>19</sup>. Dein vero diro modo fuerunt lacerati, neque adfuit iis sodalis, neque alicujus amici praesentia effecit ut cessaret eorum solitudo, et discesserunt ( e vita ), dum nemo vindictam ob necem eorum peti curavit, neque coetus sociorum eorum rursus in unum congregatus est, postquam semel fuit dispersus.

Narravit mihi quidam ex occisoribus ejus, eum voluisse, ut duo filii sui sibi in mortem praemitterentur, ut in computum eos referret apud dominum suum <sup>20</sup> et acquireret per eos (per mortem eorum) bonum opus <sup>21</sup>, quo deleret partem peccatorum suorum, cum essent duae stellae lucentes imperii sui, et haeredes honoris in quo habebatur <sup>22</sup>,

- 15) Bonum etiam sensum praebet lectio Codicis B., qui pro **للقلوب** *habet: hominum enim sicutientium corda dici possunt praे pluviae diu exspectatae desiderio colliquescere.* Verum minus probabile videtur, *insolentius vocabulum قلوب e قلوب*, quam *hoc ex illo, corruptum esse.*

16) Proponuntur vota sub imagine *tribūs quae ad aquam castra posuit*; qui vero votorum suorum fit compos comparatur cum eo, cui ad aquationis loca patet aditus, *qui*que tribū quācum foedere est *conjunctions ibi etiam nunc commorantem invenit*; qui autem votis suis excidit, ei est similis qui aquā prohibetur, *tribūunque amicam movisse castra et alio profectam esse comperit.*

17) Nempe ante aedes urbium stratis vel suspensi tapetis, floribus per viam sparsis rebusque simili-  
bus. Vid. Freytagii Lexicon in voce **بنية**.

18) Liberius verti: in textu proprie sic habetur: *scripturae notis insigniebant eorum mandata partes diplomatum interiores.* Vult: et illi mandata dabant, suo arbitrio res ordinantes.

19) I. e. efficiebat, ut visum demitterent.

20) De phrasi **عند الله أحتسب** cf. Hamakerus ad Wakid., ann. p. 190; vis autem ejus semper, etiam in loco Abulfedae ibid. citato, haec est, quod *is*, qui caro aliquo capite orbatus est, exspectat sibi a Deo ob *hujus orbationis dolorem et incommoda partem poenae peccatorum suorum remissum iri, aut aliquo bono se remuneratum fore.*

21) Sperabat enim fore ut pro dolore, quem pateretur, non minus quam pro bono quodam ope-  
re, quod fecisset, remunerationem acciperet.

22) Sic puto verba **وارثي نفاسته** esse vertenda: cum enim **نفاسته**, nomen acti, **نفس**, proprie-

Ante eum igitur mortem subierunt, et extulerunt se ex clivo ejus in altum ut duæ lunæ plenæ <sup>23</sup>, et apparuit tanta durities eorum in hoc loco angustissimo, ut obstupesceret eorum occisorem, et loca, ubi letali vulnere laedi possent, visui illius obtegeret <sup>24</sup>. Dein attigit eos perfidia illius <sup>25</sup>, et exitium propulit plenam lunam eorum ad ultimam ejus noctem <sup>26</sup>. Constitit vero al-Motawaccilis cum prosternerentur, mentem habens alienatam præ dolore ob sortem eorum, ut preces funderet; modum vero excessit in culpando (autores calamitatis suae), et moderationem deseruit in verbis suis <sup>27</sup>, et confundebatur initium precum ejus cum salutatione (quae esse debuisset earum finis) <sup>28</sup>. Illi enim propere hastarum suarum cuspidibus eum petiverunt, cum precibus

significet *pretiosum esse*, hoc loco sermo est de honore et veneratione, quibus aequales Omarem prosequerentur, quaque fruituri fuissent etiam ejus filii, si patri in regnum succedere iis licisset. Ceterum haec propterea hoc loco ab Ibn-Khakane memorantur, ut intelligatur quantum fuerit meritum illius infortunii, quod sustinere cogeretur miserabilis Badajoci Rex.

- 23) Hoc est: preeierunt illi ad mortem heroicā virtute, dum ille adhuc paulisper in clivo velut haerebat, nee montis verticem aequa cito tangebat. Comparantur vero Omaris filii jamjam interficiendi cum duabus lunis plenâ luce nitentibus, verum quae mox decreturae sunt, et splendorem huncce amissurae.
- 24) Vult auctor, excellentiam et dignitatem, quae ex eorum ore vultuque elucesceret, tantâ eos, quibus necem iis inferre esset imperatum, affecisse reverentiā, ut tangere eos reformidarent. Si vero putas, tale quid his verbis inesse non posse, utpote quae omnino de fortitudine, quid se defendenter, sint accipienda, statuendum est, Ibn-Khakanem memoriae errorem commisso, et ea, quae ei essent narrata de heroicā virtute, quam paucis ante diebus prodiderant, cum exercitu, cui preeessent, caeso sugatoque, soli aliquamdiu hostium impetui se opposuerint, donec graviter vulnerati in eorum manus pervenissent, confudisse cum iis, quae tum, quum morte fuerunt affecti, locum haberunt. Ne enī memorem eos, quorum vires vulniferibus paulo ante acceptis valde debilitatae fuisse censendae sint, quamvis vel maxime virtute heroicā excellerent, tamen non potuisse occisoris impetui resistere, saltem non probabile est, cum ab hostibus caperentur, arma, quibus uti potuissent, iis fuisse relicta. Conferantur, quae Capite primo, pagg. 41 sq., retulimus.— Praeterea notandum, formam intensivam *أَنْكَثَ* hic vim habere repetitam a significatione verbi *دُرْسَ* *durus* et *augustus* fuit, quod Lexicis addendum.
- 25) Proprie, efficit ut super eos transiret perfidia sua: posset vero etiam verti amaram iis reddidit perfidiā suā.
- 26) De significatione vocis *تَحْمِلْتَ* cf. Cl. Weijers Specim. p. 131 ann. 196.
- 27) Quinta species verbi *لَمْ* Lexicis addenda est.
- 28) Edidi *لَجْنَاطَ* in passivo, ut legitur in Cod. A., quoniam putavi octavae speciei verbi *لَجْنَاطَ*

esset occupatus, et mordicus illas ejus corpori infixas tenuerunt, quemadmodum rostra unguesque infigunt aves cadaveri hominis occisi in deserto projecto <sup>29</sup>; donec tandem pronus cecidit, non vero Deum reverendi causâ, et decubuit, neque tamén ut grato somno frueretur. Haec vero est indeoles dierum <sup>30</sup>; constanti naturae suae lege male faciunt, etiam si subinde de benefaciendo cogitent <sup>31</sup>: ad paupertatem redegerunt tribum Waddâni <sup>32</sup>, et pulvere obruerunt regnum Gomdâni <sup>33</sup>, atque effecerunt ut mors

*activam* etiam significationem tribui posse, cum per vim formae propriam *mēdia* sit: in Lexico vero sola passiva significatio memoratur.

- 29) Liberius verti; proprie in textu legitur: *et momorderunt eum ut mordent aves occisum deserti.* Ceterum tertia species verbi نهش Lexicis est addenda.

- 30) Est pronomen مضر فسر بالمنظور ante hoc loco الایام هي. Cf. Sacyi Gramm. Arab. T. II. p. 370 n. 637.

- 31) Liberius verti; proprie in textu legitur: *Haec est indeoles dierum; perpetuae earum qualitates malefaciunt, etiamsi subinde de benefaciendo cogitent.*

- 32) De locis, quae nomen وَدَانْ gerunt, haec habeatur in Lexico Geographico: وَدَانْ فعلان من *Waddan* *nomen est trium locorum, quorum unus inter Meccam et Medinam situs est, pagus magno numero incolarum celeber in tractibus al-Phor'i (alius pagi); distat ab Harscha (clivo quodam) sex milliaribus, et ab al-Abwad ( pago ad ditionem al-Phor'i pertinente) circiter octo; prope vero abest ab al-Djohyd ( pago alio quodam magno). Habitatur a tribibus Dhamra, Gofaro et Kinanâ (cf. Pocockii Sp. H. A. p. 50, e quo loco apparet, Dhamram et Gosarum tribus minores suis communem originem e majore tribu Kinanâ trahentes, quare legendum esse puto: (لصمرة وغفار كنانة) Waddan vero etiam nomen est montis longi inter Phaidum et al-Djabalanum. Praeterea nomen Waddani gerit urbs in Afrikiae parte meridionali, quae a Zawildâ (de hac urbe vide locum al-Moschtariki in Sacyi Chrestom. Ar. T. I. p. 496 et 497) decem distat diebus, a parte Afrikiae (hoc est, versus septentrionem): est ei castellum munitum; reverd autem duas sunt urbes, quarum una tantum est porta.*

Ut vero intelligere possimus, quisnam sit montis illius Waddani, quem secundo loco memorat Lexici Geographici auctor, hic adscribenda sunt quae sub vocibus فيبد et الجبلان

فِيدِ بالفتح قُم السَّكُون وَدَالْ مَهْمَلَةٍ ab eodem scripta invenimus. Prior locus sic sese habet: *Bilidah in medio Meccam ducit, in quo medio est castellum, portae ferreæ, muro circumdata; homines proficiscentes in eo reponunt partem superfluam commeatus sui ad tempus quo redeunt usque, itemque quae ex utensilibus suis onerosa sunt: (incolae autem oppiduli) per totum annum colligunt pabulum, ut iis qui peregrinationem sacram faciunt illud vendant, quando ad eos venerint; est vero illud situm prope Adjau et Salmam duos montes tribus Taijitarum. Phaid-Korajat est alias locus (qui tamen, ut sub voce traditur, etiam ad ditionem Taijitarum pertinet).*

الجبلان تثنية الجبل اذا اطلق هذا القبط انما يراد: *Sub vero haec habentur Al-Djabalani forma بـ جبلاً طيّع أجزاء وسلامي قلت وبين الجبليين من اعمال اربيل dualis vocis (mons): quando hoc nomen absolute usurpatur, non alii eo significantur, quam duo montes tribus Taijitarum Adjai et Salma. Ego hoc addendum habeo, بين الجبليين (intervallum duorum montium) esse nomen loci, ad ditionem Irbili pertinentis.*

Videmus ergo ex his Lexici Geographici locis inter se collatis, Waddani nomen etiam gerere montem quemdam in vicinia duorum illorum montium notissimorum Adjai et Salmae situm. Ad hos vero montes tribus Taijitarum consedit, cum exundatione illâ gravi, سيل العرم appellata, Jamane esset pulsa. Cf., ne alias citem, Pocockii Sp. H. A. p. 43 vs. 12 a f. *Taijitec* igitur hoc loco nomine tribus *Waddani* significantur, et clades illa quae ad paupertatem eos redigit, est ipsa illa exundatio, quae domos eorum perdidit, agros laeto quondam proventu abundantes eos relinquere coegerit, et cum celeri fugâ se proripere deberent, ne tempus quidem iis dedit aliquid e divitiis, quas acquisivissent, secum absportandi, sed bonis eos omnino exuit.

Hac datâ occasione adjungam etiam ea, quae sub v. ودان habentur in المشتركة, quamvis ad loci, quem tractamus, explicationem non pertineant:

باب ودان ودان بفتح السُّلُوْن وتشديد الدال الاول قرية جامعة من ناحية الفرع بينها وبين الابوع نحوي تسمية اميال ينسب اليها الصَّعْب بن جثامة بن قيس الليبي الوداني لانه كان ينزلها وكان حاجز الى النبي صلى الله عليه وسلم وما في خلافة ابي بكر رضي الله عنه الثاني ودان باشقيقية ينسب اليها ابو الحسن علي بن اسحق الوداني صاحب الديوان بتعليقية له فضائل وشعر منه

superaret Abdo-l-Madānum<sup>34</sup>, et disperserunt a latibulo Ramae ejus dorcades<sup>35</sup>, et conje-

(الكامل) مَنْ يَشْتَرِي مُنْيَ النَّهَارِ بِلَيْلَةٍ لَا فَرْقَ بَيْنَ نُجُومِهَا وَصِحَابِي

Non opus est ut totum hunc locum vertam. Tantummodo observandum, verba صاحب significare socium *Diwani in Siciliā*. Versus vero poëtae Abu-l-Hasani Aliji ibn-Ishak, quem virum neque ab Ibn-Khallicane neque ab alio, quem consulere potui, auctore memoratum reperi, sic vertendus est:

*Quis a me emet diem nocte, cuius astra a sociis meis distingui nequeunt* (i. e. quā consortio utar amicorum ut astra splendorum):

Eadem quae in Moschtariko de Waddano memorantur, habentur etiam quamquam brevius in Kamuse sub radice وَذَارٌ؛ ibi vero ad finem adduntur etiam haec: وجبل طويلاً وروستاق بسم قند. Iste autem mons longus, *Waddan* etiam *dictus*, sine dubio non aliis est, quam qui in Lexico Geographicō secundo loco memoratur; verba vero وروستاق بسم قند sine dubio errori sive auctoris sive librarii debentur, quorum alteruter ea quae alicubi, et fortasse in ipso Moschtariko, reperiebat de loco وذار dicto, confudit cum iis quae de وذار ibidem commemorabantur. Illius enim, utpote *pagi* in vicinitate Samarkandae, mentio locum Moschtariki, quem attuli, proxime sequitur.

- 33) De arce Gomdane, antiquorum regum Jamanensium sede, cf. Pocockii Sp. H. A. p. 120, Sacyi Chrest. Ar. T. III. p. 192 sq. ann. 18, et Cl. Hamakeri ann. ad Wakidaem p. 111, ubi in loci Kazwinensis versu 1° et 2° pro verbis فکان — ثلاثة أمیال — فکان — ثلاثة أمیال substituendum. Ultime اذ اذا صَعَّبَ الشَّمْسُ يُرْتَى عَلَى مَا بَيْنَهُما (بَيْنَ الْسَّقْفَيْنِ nempe) ثلاثة أمیال regum, qui in hac arce domicilium suum posuerunt, fuerunt Saiphus ibn-Dhi-Jazan ejusque filius Ma'di-Carib, de quorum lautā conditione et tristi exitio cf. locus Abulfedae ad calcem Spec. H. A. Pocockii, p. 505 et 506, et Schultensii Hist. Joctanidarum a p. 150 ad 156.

- 34) De Abdo-l-Madano cf. Hariri ed. Sac. p. oof. vs. 4 et scholion ad hunc locum a pag. cit. vs. 10 a f. ad pag. sq. vs. 6. Ex iis autem quae ibi legimus appetat, virum illum generis nobilitate conspicuum fuisse, opibus magnopere valuisse et in lautissimā conditione versatum fuisse; praeterea eum ad proavos Khalifarum Abbasidarum pertinuisse, cum mater et avia Abu-l-Abbasī as-Saffah ab eo genus ducerent. Cum vero nihil peculiare de morte ejus tradatur; hoc tantum, eum ut exemplum perfidiae, quod fortuna adversus eos, quibus maxime favere videatur, utatur adducens, voluisse videtur Ibn Khakan, etiam hujus viri omnibus bonis cumulatissimi prosperitatem constantem non fuisse, sed mortem omnia quae ejus sortem desiderabilem redderent ei ademisse.

- راما منزل في طريق البصرة راما منزل في طرق البصرة: 35) De loco dicto haec habet Lexicon Geographicum in voce: إلى مكة وبعده بمرحلة آخر ديار بنى تميم وهي هضبة وقيل جبل لبني دارم وراما أيضا من قرى بيت المقدس. Rama est mansio in via quae Basrā Meccam dicit; distat autem

egunt Bistāmūm ibn-Kais in arborem al-Alāam<sup>36</sup>, et laceraverunt utrumque Badrī filium

*spatio itineris unius diei; ultimus est locorum a Tamimitis habitatorum; est vero illa collis; vel, ut alii referunt, mons Darimitarum: alias vero locus etiam Ramae nomen gerit ad pagos circa Hierosolyma pertinens. Est autem hoc Ibn-Khakanis loco sermo de gravi calamitate quam incolae Ramae, ob laetam, quād antea fruebantur, conditionem dorcades dicti, passi fuerunt; ideoque dispiciendum est, an de Darimitis domicilio expulsis vel extirpatis aliquid ab auctoribus veterum Arabum historiam tradentibus commemoretur. Non dubium vero est, hic respici ad ea quae referuntur ab Hamzā Isfahanensi in Rasmusseni Historiā praecipuorum Arabum Regnum rerumque ab iis gestarum ante Islamismum, p. 14 vs. 13, coll. p. 22 ann. x et p. 37 vs. 10, atq[ue] ab Ibn-Nobatā etiam in ejusdem Rasmusseni Additamentis ad Hist. Ar. a. Islam. textū Ar. p. 49 sq., versionis Latinae p. 51 sq. Eorum autem, quae his locis narrantur, inter se comparatorium summa huc redit: Sowaидum Darimitam occidisse fratrem natu minorem regis Lakhmitae Amri ibn-Hind, mox vero fugā Meccam se proripuisse; Amrum igitur cum hoc facinus ad notitiam ejus pervenisset, neque de ipso Sowaido supplicium sumere posset, socii illius Zorarae Ibn Odos (cf. Ham. p. 49o; p. vero 49o scribendi vitio, ut videtur, legitur عَذَّسْ بْنُ عَذَّسْ), viri quem ceteroquin ad familiaritatem suam admiserat, uxorem praeignantem (maritus enim ejus, iram regis timens, aufugerat) crudelissimum in modum trucidasse: postquam vero Zorara ad Amrum rediisset, illique quomodo res se haberet exposuit, tamen illum, quamvis agnoscentem eum culpā omnino vacare, poposcisse ut generū sibi adduceret; cumque is responderet se ignorare ubi ille esset, septem illius filios, Zorarae nepotes, sibi tradendos esse dixisse; quos etiam, ubi undā cum matre essent adducti, quamvis avi colum prehensum tenerent, regis atrocissimi jussu fuisse occisos: illum vero, cuius vindictae cupiditati ne hoc quidem sufficeret, centum etiam alios Tamimitas, sive illi uno Baradjimitā excepto Darimitae fuerint (ut probabilius est traditurque ab Hamzā Isfahanensi et in Hamasa p. 59 et 188: cf. etiam Prov. Ar. ed. Freytag. p. 5. n. 6), sive Handhalite (ut refertur ab Ibn-Nobata l. c. Additam., coll. etiam p. 51 vs. 11 et p. 46), combussisse. Ramae igitur Dorcadum nomine significantur ab Ibn-Khakane infelix Sowaidi Darimitae familia ejusque tribules longe a domicilio dispersi.*

- بساطم بالكسر ابن قيس بن مسعود في سطام haec habet: Locus quem tractamus explicandus est comparatione duorum locorum Hamasae, p. ٥٨ vs. 14 sqq. et p. ٥٩ vs. 15 sqq., quorum posteriore carmen funebre reperitur, quod in eum composuit شمعة بن الأحمر بن قيارة بن المنذر، priore vero aliud carmen, quo ابن عمدة الصبي شمعة بن الأحمر بن قيارة بن المنذر victoriā reportaverant, cujusque causa praecipua erat caedes Bistami, celebravit. Ex utroque vero horum carminum Ibn-Khakan verba quibus utitur repetere potuit, cum utriusque ultimi versū prius hemistichium sit hujusmodi:

فَخَمْرٌ عَلَى الْأَلْأَةِ لَمْ يُؤْسَدْ

ad Djafro-l-Habātam<sup>37</sup>.

Deflevit eos Vezirus Abū-Mohammad Ibn-Abdūn, vir magni momenti in regno eorum et margarita filis eorum annexa, carmine quod complectitur omnes reges occisos, et indicat ex illis eos, qui perfide fuerunt tractati et insidiis circumventi. Magnificum vero illud censem aures (cujusque), et quicumque illud audit, utilem (de rerum humanarum inconstantia) accipit admonitionem. Est autem illud ejusmodi:

*Tempus dolore affigit caet.*

Narravit vero mihi Vezirus Abū-Bacr ibno-l-Kobtorna<sup>38</sup>, se unā cum al-Motawaccile iter fecisse, cum ad eum perveniret nuntius, quemdam civium Evorenseum descivisse fugientem a filio ipsius al-Abbāso<sup>39</sup>, et se recepisse ad al-Motamidum alā-llāh<sup>40</sup>. Dum vero ille repetitas minas loquebatur, et semel iterumque easdem jactabat objurgationes<sup>41</sup>, ecce allata est al-Abbāsi epistola, quā addito juramento testaretur, se minime illum ad

*Concidit (Bistamus, qui loco priore cum ariete agmen Schaibanicarum ducente fuerat comparatus) in arborem speciei al-Alae dictae, cum cervical ei non supponeretur.*

Plura de Bistami nece deque expeditione, quae ei fatalis exstitit, ex Nowairio referuntur & Rasmussen in *Hist. praecl. Ar. regn. etc.* p. 106 vs. 5 sqq., in quo opere etiam pagg. 103, 104 et 105 de aliis pugnis, quibus ille interfuit, exponitur. Male ibi *Bosthamus* appellatur.

37) De historiā, ad quam hec loco respicitur, imprimis conferatur annotatio Cl. Hamakeri ad Specimen Cl. Weijers pagg. 107 ad 110.

38) Incertus sum de eo, quomodo hoc nomen pronuntiari debeat: <sup>القطن</sup> scribitur in capite, quo de hoc Abu-Bacro ejusque duobus fratribus agit Ibn-Khakan, in Tomo II. Cod. A.: in vita vero al-Motawaccili hoc nomen a recentiore manu punctis diacriticis hoc modo instructum est: <sup>القطن</sup>; quae lectionis mutatio videtur facta esse ab aliquo, qui putaret sermonem esse de filio mulieris ex urbe Alcantara oriundae: in MS. B. p. f. vs. 6 scribitur <sup>القطن</sup>, in Cod. vero 639 p. 180—184, <sup>القطن</sup>. Memoratur hicce vir in Condei opere, praeterquam loco quem Capite primo jam citavi (p. 187), etiam p. 154 vs. 11, ubi narratur Hosainus Aben-Zerag (legendum autem est Abulhosain ibn-Siradj) ei objecisse quod, cum proelium committeretur Zalacense, intra Badajoci muros remansisset.

39) Qui Evorae erat praefectus. Cf. Caput I. in p. 35.

40) Videtur hujus hominis fuga eo tempore accidisse, quo inter Omarem et Hispalis regem bellum gereretur; adeo ut, qui alterutrius dominiō se subtrahere vellet, securus esse posset se ab altero benigne exceptum iri.

41) Secundam speciem verbi <sup>ج</sup>, aequē ac primam, significare *reducere*, *iteratō vice afferre*, in Freytagii Lexico non memoratur. De phrasī <sup>أبدأ</sup> واعاد conf. etiam Ibn-Zaiduni Epist. edita a Reiskio, p. 4 vs. 6 a f.

rebellionem coëgisse aut expulisse; neque aliud quidquam ad emigrationem eum permovisse nisi petulantiam<sup>42</sup>, ipsique eam rem expetitam fuisse aut necessariam: fuisse enim simpliciter desiderium in animo Jakūbi, cui satisfecisset<sup>43</sup>, et voluntatem, quam perfecisset et exsecutus esset<sup>44</sup>. Tum (ei) rescripsit al-Motawaccilus in ipsā, quam ad se miserat, chartā: Quod promtus esse soleo ad criminum te excusatum habendum, necessario efficit, ut ad ea fias audacior et denuo ea committas. Pervenit vero ad me id quod accidit de rebellione alicujus contra te. Tu igitur satis temporis tibi non sumsisti ad rem ejus bene tractandam, neque certo de verā ejus conditione cognovisti, donec fugā reliquit familiam suam et domicilium sūm: est autem festinatio ex iis, quae detrimentum afferunt<sup>45</sup>, neque bonum censetur morbi crisim locum habere, antequam aegrotus desudavit<sup>46</sup>. Hoc autem necessario consecutum est ex eo, quod tantopere tibi placet res tua, quodque tui solius sententiae rationem habes<sup>47</sup>. Quando vero

- 42) Significat al-Abbasus, *virum istum, nimis laxe habitum, tandem, omnis imperii pertaesum, alio se contulisse, ubi speraret se libertate nullis finibus circumscriptā usurum.*
- 43) Verba فانها كانت حاجة في نفس يعقوب قضاها repetita sunt. e Korani Surae 12 ys. 68. Itaque e loco Ibn-Khakanis efficere non potes, virum, de quo hic sermo est, Jakubi nomen gessisse.
- 44) De verbo اندل cf. ann. 10.
- 45) Est hoc loco nomen actionis verbi نقصان usurpati significatione *iminuendi, detimento afficiendi.*
- 46) Proverbialis locutio, cuius sensum esse appetet, *in rebus nihil esse agendum, antequam plane tibi perspecta sit vera earum conditio.* Recessi a lectione utriusque Codicis, quoniam Lexica verbo tantum نصع, non vero item نصوح significationem *sudandi*, quae hic omnino requiritur, tribuunt: fortasse tamen Codicum lectio bene se habet, si nempe ex eo, quod Lexicographi memorant, verbum نصوح etiam significare *irrigare*, tuto elici possit, etiam *sudandi, sudore corpus suum vel lectum irrigandi* vim ei propriam fuisse; si vero hoc assumseris, fortasse statuere etiam potes, hac significatione nomen actionis ejus esse نصع: his enim punctis vocem hoc loco instruit Codex A.
- 47) Lectio Codicis B., qui pro وابن دك habet, cum nullum sensum commodum praebeat, e scripturae vitio orta videtur: quomodo vero illud ortum sit, is demum bene intelliget, qui tenerit Codicem Mauritanico charactere scriptum et textum ejus ex alio, item Mauritanicus literis exarato, transscriptum esse. Notum autem est, literae ف in eo scripturae genera punctum subscribi, literae ق idem superscribi. Jam vero scriba punctum in voce وابن دك literae ف subscriptum retulit ad secundam vocis literam; punctum vero huic superscriptum ad tertiam, ita ut jam legeretur وابن دك: fere autem non opus est dicere, in Codicibus negligenter scriptis saepe literam, esse omissam, duasque literas ك و a librariis habitas.

non redieris ad id, quod sponte tua promisisti, quodque in epistolis tuis scripsisti<sup>48</sup>, tum ego per Deum ipse mihi requiem parabo a tumultu, quem tu concitas. Sin vero contrarium locum obtinuerit, haec tibi erit felicitas omnibus numeris absoluta. Elige igitur tibi utrum ex his duobus magis placeat<sup>49</sup>, si quidem Deus (hoc) voluerit.

Cum ad eum esset perlatum, in consensu fratris sui Jahjae scelerati quid de se commemorari; haec ad eum scripsit:

Quid est iis (minime vero laetam reddat Deus eorum conditionem!), quod sanguinis effusionem mihi affingunt<sup>50</sup>, cum tamen bene cognitum habeant, quam excellenti sim ingenio,

(Quodque) male de me loquuntur per ignorantiam et errorem<sup>51</sup>, cum equidem sperem, malo eos affecturum id quod faciam?

Si verum est quod de me divulgent, non procedat ad summum (splendoris) fastigium post hoc<sup>52</sup> pes meus,

Neque detur mihi obviam ire hospitibus meis vultu hilari, aut donis ornare eos, qui (ad me accedant) beneficium captantes tempore sterilitatis<sup>53</sup>!

48) Proprie: quocum processerunt (quod attulerunt) epistola tuae.

49) Cf. locutio similis أَخْتَرْ أَيْهَا شَتْ هamasae p. f. vs. 8 a f. Lectio Codicis A. e duabus lectionibus, quarum una in MS. B. habetur, altera sic sonabat أَخْتَرْ فِي الْأَمْرَيْنِ مَا تُرِى, in unam conjunctis orta est.

50) Non dubitavi lectionem Codicis A. praeferre ei, quam habet Codex B., quamquam in Lexico quartae tantum formae verbi نَاطَ mediā Waw, primae non item, ea tribuitur significatio, quae huic loco convenit. Cum enim nihil obstet, quominus etiam in primā formā significatio appendendi ad attribuendum vel affingendum sit translata, lectio Codicis B. ortum suum debere videtur librario, qui ad frequentiorem usum lectionem primitivam conformare voluit.

51) Est hoc intelligendum de erroreā opinione, Omarem calumnias, quibus peteretur, non vindicaturum; quae vero in altero hemistichio sequuntur, vel significant, ejus inimicos ob vindictam, quam de iis ob injuriam illatam sumturus eset, tristitiae affectos fore; vel accipienda sunt de pudore et confusione eorum, quando calumnias ipsorum falsas esse apparuisset.

52) Affixum femininum in referendum est ad substantivum e contextu subintelligendum, quale est عَذْدَهُ الْمُسَيَّبَةُ vel simile. Cf. de Sacy Gramm. Ar. 2<sup>e</sup> partie n. 819 et 820, p. 452 et 453.

53) Potest hoc vel proprie accipi de tempore, quo magna est rerum ad victimum necessariarum caritas, vel de eo, quo tam parvus est hominum liberalium numerus, ut illorum qui alieno auxilio indigeant aequa misera sit conditio, atque pauperum quando annonae penuria obtinet.

Quomodo autem (fieri potuisset, ut tale quid committerem), cum vinum, quo utor, sit studium omnis rei quae singulari praestantia emineat; ad Dei vero timorem tanquam aquationis locum accedere odoratus meus<sup>54</sup>, et certamen virtutum excelsarum bellariae quae potui meo adjungo.

Est vero mihi indoles, cuius, si irascor, gustus est amarus, ut colocynthidis; sin vero benevolentia (aliquem) complector, suaviores ea fert fructus, quam palmae.

Tu autem<sup>55</sup>, qui propinas fratri tuo absenti pocula odii primâ vice, lente procedas ad propinationem alteram,

Ut extinguis ignem in animis nostris accensum: mihi (enim) similem non oportet odio haberi, neque decet virum, qualis tu es, odio (aliquem) prosequi.

Et antea quidem tu me querentem erigere solebas, cum venirem (ad te) querelas meas effundens; (nunc vero) dic mihi, apud quem querar de eo, quod mihi facis? dic mihi quaeso.

Festinanter ergo redi ad pristinum: sin vero minus, tum ego querar de te die congregationis (ad judicium extremum) apud Judicem justum.

Erat autem Ibno-l-Hadhramius Vezirus ejus; ille vero superbia fuit elatus, et pro iumento sibi sumsit stellam ad Ursam majorem pertinentem<sup>56</sup>. Indignissime tractabat homines, et pro benefactis turpia iis opprobria tribuebat: negligebat rem, quam ejus administrationi commiserat, illamque ei perdebat<sup>57</sup> neque tuebatur. Ut autem eo superbiae et insolentiae, quo pervenire ei licuit, processit, manifesta facta est al-Motawaccilo turpitudo actionum ejus, cumque Pleiadum sidus ad se traxisse e loco suo et pedibus

54) Quominus verba دُوْرَنُ التَّقِيِّ شَدِي vertas: et rosa timoris Dei est odoramentum meum, obstat, quod formae شَمْ odoramenti, notio propria non est, cum tantummodo ut nomen actionis usurpari soleat.

55) Jam ad fratrem Jahjam orationem convertit.

56) Proprie stellam obscuriorem in Ursae majoris astro; non aliam vero ob causam voce الحسبي hic ultitur Ibn-Khakan, cum tantummodo stellam in altissimo coelo positam significare velit, quam ut rythmo vocabulum in فَيْ exiens requirenti satisfiat. Intelligitur facile, hac imagine indicari, magnos illum virum sibi animos sumsisse, et alta gaudivis petivisse. Similem locum, ubi tamen non de superbia, verum de excelsitate, ad quam Ibn-Zeidunus erectus esset, dignitate sermo est, vide in Spec. Cl., Weijers p. 58 vs. ult.

57) Constructio secundae speciei verbi مَوْدِعْ cum accusativo rei, quam perdas, et genitivo praeced. على ejus, cui rem corrumpas, in Freytagii Lexico quidem memoratur, verum non satis perspicue.

conculeasse <sup>58</sup>. Propterea privavit illum munere, illumque removit a ministerio suo: scripsit vero ille ad eum, ut animum ejus sibi reconciliaret. In hunc vero modum ei rescripsit al-Motawaccilus: O domine mi et nobilissimum e praesidiis meis <sup>59</sup>, qui mecum quereris de re, quam tibi praeparavit tua ipsius manus, minime vero mea <sup>60</sup>. Cujusque, per se stantis, res Deum precor ut prospere cedere jubeat, siquidem a me te removit. Legi epistolam tuam, quā continentur querelae, quod ego firmissimo proposito favorem meum tibi detraxi atque a te aversus sum. Ita est profecto. Vidi ego rem esse perditam, palamque factum esse et divulgatum, quam perverse sese haberet (regni administratio). Tum mihi mete cavi ab interitu, et respexi ad id, quo rei conditio, annuente Deo, in melius mutaretur <sup>61</sup>, et coepi (Deum) rogare, ut averteret a me illos quibuscum familiaritatem colerem <sup>62</sup>, et proprius ipse spectare, quid fecisset. Jam vero nihil videbam, nisi vastum mare, in quo medius versabar, et gurgites, in quos praeceps me conjecteram. Ac denudavi tibiā meam (ut aquas istas melius pervadere possem) ob magnam earum molem <sup>63</sup>, et servivi animo meo secundum rectum ejus, quod in rebus sequi solet, institutum, donec pervasi mare, in quod me immiserat consilium tuum, et pedem posui in litore, a quo prope aberat ut removisset me studium tuum <sup>64</sup>. Te ipsum igitur culpa et apud pravitatem factorum tuorum refugium et praec-

58) Proprie *tanguam soleam sibi induisse*, vel (ratione habitū significationis, in Lexico memoratae, pedestri itinere trajecit terram) *pedibus per illud ivisse*. Ceterum cf. similis locus in Spec. Cl. Weijers p. 42 vs. 4 coll. p. 143 annot. 230.

59) Pronuntiavi عَذَّدِي, quoniam in Codice A. his punctis vox instructa est. Ceteroquin etiam legi posset أَكْرَمْ عَذَّدِي, idque verti: *nobilissime eorum qui imperio meo accensentur*. Apertum vero est, al-Motawaccilum Ibn-ol-Hadramium ironice hoc titulo appellare.

60) Proprie: *qui mecum quereris de fructu, quem decerpit manus tua ipsius, minime vero mea*.

61) In verbis فَاشْفَقْتُ — بِالخَلْفِ respicitur ad locutionem خَلَفَ عَنْ تَلْفٍ exitio remoto Deus tibi (melius) quid ejus loco substituat. Cf. Freytagii Lexicon in voce خَلْف.

62) Ne nimirum me distinerent res considerantem et intentā curā eas emendare studentem: nemini enim jam amplius, nisi mihi ipsi, fidem habebam. Denominatione vero مَوْاقِعُ أَنْسٍ فَلَانْ videntur significari posse illi, apud quos quis familiaritatem suam veluti collocat.

63) Observandum est, nomen جَبَجَبُ, cuius pluralis جَبَاجَبُ in proxime praecedentibus de ipsis maris vastis gurgitibus usurpatur, hic in eadem sententiā diversā significatione ejus fluctuum magnae molis et copiae adhiberi.

64) I. e. perversā tuā agendi ratione et pravis consiliis fere effeceras, ut ego etiam ipse a recta via discederem, et mihi regnoque meo interitum pararem.

sodium quaere. Sin vero favorem meum tibi conciliare studies, provocans ad pulchrum et constans animi propositum et amoris sinceritatem; ego quidem (libens) agnosco splendida ejus initia <sup>65</sup>, et confiteor tam minimam ejus partem quam maximam. Verum tu fuisti, ut in proverbio dicitur: Assavit frater tuus, donec, ut bene cocta fuit (caro), in cinerem (eam) dejecit <sup>66</sup>: effecisti, ut desiderium me vincendi fovere auderent hostes, et audacter superbiam tuam et injustitiam incolis urbis meae regiae ostentasti <sup>67</sup>; despexisti vicinos tuos, et opinatus es hoc demum esse virum te praestare, si perseverares in superbiam tuam et augeres magnificentiam conditionis tuae; donec animos (hominum) excitasti ad rebellionem contra me et contra te. Jam vero id quod in illa re ingratum est, translatum est in te <sup>68</sup>. Quae cum ita sint, non magis te eculo, quam famulos meos, nec majore honore te afficio, quam servos <sup>69</sup>.

- 65) Iterum iterumque hunc locum consideranti probabile mihi visum est, pro <sup>غُرْغَرْ</sup>, quod in MS. A. legitur, substituendum esse <sup>غُرْغَرْ</sup>: <sup>غُرْغَرْ</sup> enim, pluralis vocis <sup>غُرْغَرْ</sup>, et in universum *primum* se prodentes rei alicujus partes significare potest, et imprimis usurpatur de *mensis diebus tribus prioribus*. Significaret igitur his verbis al-Motawaccilus, se libenter agnoscere, *al-Hadramium*, cum inter ministros regni sui *primum* eum receperisset, reverā ostendisse se rem sibi commissam ex animo curare, et regi addictum fidelemque se praebuisse; huic autem initio minime <sup>غُرْغَرْ</sup> respondendum, quo postea se gessisset. Sin vero lectionem Codicis B. praeferas, haec pronuntianda videtur <sup>غُرْغَرْ</sup> et locus vertendus ego q. l. a. id quod de hac (me olim) laetitia afficit.
- 66) Scripsi <sup>أَنْصَبْ</sup>, quoniam his punctis vox instruitur in Codice A.: subintelligendum est <sup>اللَّهُمَّ</sup> vel simile quid. Manifestum vero est, hoc proverbium de eo dici, qui quod prius beneficerat dein per negligentiam et nequitiam perdidit. Est apud Meidan. n. 2232. Cf. Prov. Ar. ed. Freytag. p. 656 n. 72, ubi scribitur <sup>أَنْصَبْ</sup>.
- 67) <sup>لَيْسَتْ</sup>, quod pro <sup>رَكِبَتْ</sup> habet Cod. A., corruptum videtur ex aliâ lectione variante. <sup>لَيْسَتْ</sup> *induisti*. Notum vero est, Orientales virtutes et vitia, quibus quis deditus est, proponere solere sub imagine vestis, quâ indutus sit. Nolui tamen hanc lectionem pro <sup>رَكِبَتْ</sup> in textu substituere, quoniam etiam fieri potest, ut ex eodem illo <sup>رَكِبَتْ</sup> orta fuerit: nempe si, literâ, deletâ et <sup>ك</sup>, quod saepissime factum, cum <sup>ج</sup> confusâ, ب longiore ductu fuerit scripta, ita ut <sup>ع</sup> post se habere videretur, ac denique unum punctum plus iuncto ei subscriptum sit.
- 68) Posset etiam defendi lectio Codicis A., si nempe pro <sup>غَاتَحَدَتْ</sup> substituas <sup>غَاتَحَدَتْ</sup>, *tibi comparavisti id quod in illa re ingratum est*; verum hujus lectionis auctoritatem imminuit hoc, quod puncta tertiae vocis literae addita non primâ, sed recentiori quâdam manu adscripta sunt.
- 69) In Codice A. scribitur <sup>دَارِكَامْ</sup> — حَفْظ — <sup>لَا</sup>; quod si probayeris, ita defendere potes, ut sen-

Postquam vero despontaverat sibi Vezirus Abū-Bacr Ibno-l-Kobtorna filiam Hadhra-mitae<sup>70</sup>, procrastinatae sunt eorum nuptiae<sup>71</sup> morā quae illum insomnem reddebat et ardorem (tristitiae) in illius animo excitabat. Accidit autem, ut proficisceretur al-Motawaccilus in regionem Romanorum<sup>72</sup>, ut oppugnaret quamdam ejus arcem, illo regem comitante. Obsessam vero eam tenuit, donec eam expugnavit, et apertam manifestāque illi reddidit victoria viam ejus<sup>73</sup>. Reditum tum, ita se habens, ut infortunium infixisset (ejus faciei) ungues suos, et exercuisset in eum cuspides hastarum suarum et acies gladio-rum suorum, obscuramque reddidisset noctem suam, et circumegisset in aulis ejus equos suos. Quapropter scripsit ad al-Motawaccilum: Servus tuus<sup>74</sup> ante gratulationem

---

sum eo redire dicas: *nullus tibi honor a me habebitur, sed contemnam te, ut servos meos et famulos.* Sic enim res, quae excipitur, non ejusdem est naturae, cuius est propositio gene-ralis, unde excipitur, et nomen quod sequitur <sup>ن</sup> in accusativo ponendum est. Cf. de Sacy Gramm: Ar. 2<sup>e</sup> partie, n. 713 p. 406. Ceteroquin magis Grammaticæ regulis convenit hoc loco scribere حفظ — وَأَكْرَمُ — . Cf. ibid. n. 711 p. 405.

- 70) كتب معها sine dubio significat: *scripsit cum illâ pactum nuptiale* (il écrivit avec elle un contrat de mariage): enim nonnunquam significat *le contrat de mariage*, ut *Noctium mille et unius*, ed. Habichti T. I. p. 40.
- 71) In Codice A. scribitur رفاهها: quod si assumimus, Vae formæ verbi أَتْ activa significatio retardandi, differendi tribuenda est, quam ei propriam esse fortasse etiam indicat Lexicon, cum eam etiam explicet verbo *tardavit*, quod activâ aequa ac passivâ significatione accipi potest. Subjectum orationis tum esset *al-Motawaccilus*.
- 72) Minus accurate mentem suam hic explicat Ibn-Khakan. Non enim profecto his verbis voluit, Omarem in Italiam expeditionem suscepisse. Suspici vero quis posset, sermonem esse de expeditione in fines regni Francici susceptâ, adeo ut *Francos* cum *Romanis* confuderit. Stauendum tum esset, eum regi Caesaraugustae auxilio venisse; id vero nequam vero simile est, cum per totum illud, quo imperium gessit, tempus otium ei fuisse non videatur, procul domo aliis bello pressis auxilium ferendi. Designat igitur auctor *Romanorum* nomine *Christianos Hispanos*, quorum tamen regna non ex *Romanorum* imperii, verum e Gothorum regnâ reliquiis originem suam duxerunt; id quod bene cognitum etiam habuerunt Ibn-Khalduus et al-Marracischius.
- 73) Nempe viam, quâ intrare eam (arcem) posset. Nisi vertendum sit viam suam, i. e. viam, quâ victoria incedit; quâ quis assequi eam potest.
- 74) Quod voci وَمَلْوَكَ copula est praefixa, inde explicandum, quod in epistolâ quaedam prae-cesserant, qualia apud Arabes literarum exordia constitutere solent, nempe preces pro ejus, ad quem scribitur, salute, quibuscum jam sequentia ope particulae conjungentur.

Ad te querelas suas defert de eo, quod complectuntur costae suae  
E cura sollicitum ipsum habente et insomnem reddente ob pueram Hadhramitidem.  
Substitue igitur mihi pro nigris e diebus, quos illa in tristi solitudine transegit,  
Albos, antequam misceantur albi et nigri <sup>75</sup>.

(Cum rex hos versus legisset) dicebat Ibn-Aiman <sup>76</sup>: *albis et nigris significat senectutem et juventutem.* Tum al-Motawaccilus, per Deum, inquit, non alios significat nisi Romanos (albos) et Aethiopes (nigros), et improprie dicit eos misceri, cum velit eos inter nos se explicare et expandere <sup>77</sup>. Et, per Deum, prius quidem eos (matrimonio) conjungam, quam vires Romanorum et Aethiopum ad nos trahantur <sup>78</sup>, et (prae metu hujus exercitus) vegeta adolescentia convertatur in senectutem, videoasque infantes capitanitie tecta habentes, omnisque turbetur <sup>79</sup> animi tranquillitas, et quisque solvat vin-

- 
- 75) Videtur lectio Cod. B., qui pro **أختلاس** **habet**، ortum suum debere librario, qui, intelligens de *capillis canis et nigris in hominis capite inter se mixtis sermonem esse*, et 8<sup>am</sup> formam verbi **خلص** de eâ re usurpari posse putans, cum 4<sup>a</sup> significet *partim cano, partim alio capillo, utroque mixto, vestitum fuit (caput)*, hoc actionis nomen pro illo repousit. Verum, hâc lectione assumtâ, perit ambiguitas, quam his verbis inesse debere e sequentibus appetet.
- 76) Quis ille sit, ignoro; sed ex ipso hoc loco constat, eum al-Motawaccili aequalem fuisse et apud hunc praesentem, cum ista affirretur epistola.
- 77) Cum lectio Codicum sensum idoneum non praebeat, non facile puto fore quemquam, qui de hujus loci emendandi necessitate dubitet. Jam vero, si pro **انتشارهم**, prout fecimus, substituis **عن انتشارهم**, nulla superest difficultas. Simulat igitur al-Motawaccilus, se putare Abu-Bacrum a se petere, ut prius pueram despontatam in matrimonium ducere ipsi liceat, quam Romani (quo nomine significari videntur *Christiani, vel Hispani, vel in universum Europae regionum Romanis quondam subjectarum incolae*), cum Aethiopibus conjuncti, terras Moslimorum Hispanorum invaderent, et exercitus suos in illis tractibus expanderent et explicarent.
- 78) Omnino hâc lectio Cod. B. praeferenda est. Si enim A. secutus legeres **الله**, statendum esset, Omarem prae se ferre, Abu-Bacrum in versu, de cuius sensu hic sermo est, ei minitari, nisi cito sibi permittat Hadhramitidem uxorem ducere, Romanos et Aethiopes, ut despontatis auxilium ferant, conjunctâ vi eum aggressuros et coacturos ut matrimonium ineundi ipsis veniam det: quod et absurdum est, et si hoc loco significaretur, sine dubio dilucidius fuisset enuntiatum.
- 79) Proprie *intrinsecus corruptatur*: nam passiva forma **دخل**, cuius propria vis est *intratum est ad illum*, sine dubio significat etiam *invasit eum corruptela*. Lectio, quam offert Codex B., **وقت دخل**, et abeat, discedat, etiam nihil habet cur spernatur.

culum, quo ejus amiculum super tibiis lumbisque alligatum est<sup>80</sup>, multique exitio dentur, et convivia nuptialia convertantur in luctum planctumque<sup>81</sup>.

Quominus autem hoc matrimonio jungerentur, prohibuit infortunium, aliis (eum) rebus occupatum tenens: ignis enim injuriarum illius accensus fuit et exarsit, adeo ut opera dari non potuerit ordinandis conviviis ejus nuptialibus<sup>82</sup>, neque equis ejus currere licuerit in votorum stadio. Postquam vero letali vulnere affectus erat al-Motawaccilus et prostratus, et absorperat ille eum exitii potum, quem absorpsit, repulsa fuit omnis Abu-Bacri spes, et prodierunt serpentes calamitatum e latebris suis<sup>83</sup>, et direptae fuerunt opes ejus, et laceratae ejus res, factique sunt gradus dignitatis ejus hospites (certa fixaque mansione carentes), et apparuit ei umbra potentiae suae ut umbra quae desinit esse<sup>84</sup>. Ac milvus apud eum vulturis loco est habitus<sup>85</sup>: deērat enim ei is, cuius opem et subsidium implorare solebat. Tum vero his versibus al-Motawaccilum et al-Phadlum deflevit:

- 80) I. e. *prae anxietate nemini tranquille sedere licebit: omnes vehemens animi commotio surgere coget.*
- 81) Ex ultimis his verbis appareat, Omarem velle, si propterea tantum nuptias accelerare vellet Abu-Bacrus, quod metueret, si prope instaret ista Romanorum et Aethiopum in Moslimorum terras invasio, secure eas celebrandi copiam ipsi factam non fore; ei certe de hac re persuasum esse posse, ante se sponsam domum suam ducturum, quam expeditio illa locum esset habitura. Fieri autem potest, ut opinio tunc temporis in vulgus percrebruerit, aliquando, fortasse circa id tempus, quo jamjam locum esset habiturum judicium extremum, Romanos et Aethiopes simul Moslimos aggressuros et ad summam angustiam redacturos esse: ad quam opinionem respexerit al-Motawaccilus.
- 82) Si lectionem Cod. A. praeferis, locum sic vertere debes: *adeo ut occasio ei non daretur definiendi, qualia forent convivia sua nuptialia.* E Castelli enim Lexico. apparet, 5<sup>am</sup> formam verbi كاف mediā Je significare certa qualitate definita fuit res, sicut 2<sup>am</sup> certa qualitate definitivit.
- 83) Potes أنقاب hoe loco vertere, vel vias inter montes, vel montium foramina. Nihil enim obstat, quominus etiam nomini نقب, cuius pluralis est أنقاب, ut collectivo, foraminis notionem, quae formae نقب, ut nomini unitatis, propria est, tribuas.
- 84) Utitur auctor imagine, petitā ab homine, quem mediā aestate sol meridianus adurit; cum de umbrā, quae tempore matutino aliquid saltem refrigerationis ei praebebat, nihil fere supersit. Cf. Freytagii Lexicon in vv. رأي و ظهيرة.
- 85) Non puto cuiquam dubium fore, quin hunc locum recte emendaverim. Vult: *in tam miseris jam erat rebus, ut levissimum auxilium pro re haberet maximi momenti.* Conf. de isto proverbio Meidan. n°. 9, ap. Freyt. p. 6 n°. 8; Schultensii edit. p. 283; Harir. ed. Sac. p. 55.

Obruit me concidens mundus; et abstulerunt canes ejus  
 Omnia quae habebam, et rapuerunt ova fortunae meae secundae formicæ <sup>86</sup>.  
 Ego vero dixi iis: grassare hyēna et rape <sup>87</sup>:  
 Neque enim aut Omar mihi in propinquo est, aut al-Phadlus.  
 Deinde vero his praeterlapsis nuptias cum eā celebravit <sup>88</sup>, cum jam exaruisset <sup>89</sup> scaturigo fortunaē et pauci essent famuli ejus, et paucillum tantum aquarum ejus superesset, ad quod sitim extinguedi ergo accedi posset, et desiderarentur alta ejus aedificia <sup>90</sup>. Tum vixit cum eā, cum partim res adversae moerore eos afficerent, partim spes incerta et vacillans eos lacesseret, donec adfuit uxori tempus suum letale et

86) Sub imagine canum et formicarum mundi significari homines rapaces, qui, cum potentiores aggredi non valeant, fortunā adversā dejectos spoliāt bonis et vexent, sponte intelligitur.

87) De formā جَعَارٌ cf. de Sacy Grammaire Arabe T. I. p. 432 n. 956. Proverbium عيشهي جَعَارٌ reperitur apud Meidanum n. 2857. Descripsi autem ea, quae ad illud annotavit Pocockius, cum locum quem tractamus plane illustrent: جَعَارٌ، عيشهي جَعَارٌ، perde جَعَارٌ. Nomen est animalis. Ita dictum est لكتشة جعراها (i. e. ob multam merdam, quam excernit). Dictum poetæ

(الطوبل) فقلت لها عيشهي جعار وابشري بلحمن امري لم يشهد اليوم ناصرة

*Dixi ei, perde جَعَارٌ, et laetare carne viri, cui hodie non est adjutor. Usurpavit hoc carmen Abdollah Ebn-Zobair, cum ad eum nuntiaretur caedes fratris sui, et rogasset: viditne talis cum occideretur? et diceretur, non. Num talis? et diceretur: nec ille etc. العيشهي dicitur cum lupus gregem discerpit, et ita hic puto usurpari (scil. q. d. fac quidvis mali, cum non sit qui resistat); at auctor Kamusi in جَعَارٌ dicit, eo modo dici quo تيسسي جَعَارٌ، cum ut futile et falsum quid rejicitur.*

88) Cum verbis أعرس بِهَا conferatur phrasis in Lexico memorata بِأَعْرَسْ، quae propriæ significat: una cum familiâ vel uxore (vid. v. أهل n. 3) celebravit convivium nuptiale. Conf. cum hoc loco locus in Hamakeri annot. ad Wakid. p. 70 vs. 9.

89) Postquam textus jam typis erat impressus, demum animadverti, in Cod. A. pro حَفَّ legi جَفَّ, quae lectio sine dubio pro verâ est habenda, quamobrem eam in versione meâ expressi.

90) Imago etiam hic desumpta est a tribu vitam Nomadicam agente, cuius castra posita sunt ad scaturiginem aquâ carentem, quaeque præ paupertate humilia tentoria incolit paucosque tantum sibi habet famulos, cum antea bonorum omnium frueretur affluentia, in aedificiis habitaret splendidiss et multorum uteretur servitio.

abstulerunt eam fata<sup>91</sup>. Ut autem mors illam ab eo averterat et separaverat, illamque ab eo removerat, ut ab horto amovetur ejus ros, protulit de ea hoc carmen<sup>92</sup>:

O lacrymas non cohibendas, et patientiam non facilem! certe in te uno collegit tristitia diversas suas species<sup>93</sup>!

O tu, qui incedis super terram<sup>94</sup>, rebus ludicris occupatus, p[re]a superbiā corpus jactans, et p[re]a membrorum flexibilitate eleganti habitu insignis,

Lento tantum gradu (propter obesitatem lumborum) pedem tuum ab ea attollens,

91) Proprie: et secum eam abstulit abitus fatorum eorumque discessus.

92) Non confundendum est hoc carmen cum eo, quod in ipso uxoris funere cecinit Abu-Bacrus Ibno-l-Kobtorna, quodque retulit Ibn-Khakan in capite de Veziris filii al-Kobtornae, Cod. A. T. II. p. 17 vs. 7 sqq. et Cod. B. p. 73 a. vs. 13 sqq., ubi haec leguntur:

وله (لأنى بكم بين القبرتين) يُهْرِثى زوجة ابنة الحضرمي

(البسيط) يا ربة القبر فوق القبر ذو حرين  
تباينت فيك أحوالى<sup>a</sup> اسى فمدى  
الى لقائك ضمیري طالب الوسمن  
فاسود باللعم وابيضت من الخرين  
وخلال القلب فيك العين من تهد

*Ejus autem hoc est carmen, quo deflet uxorem suam defunctam filiam Hadhramitae:*

*O tu, quae hocce sepulcrum tenes, super sepulcrum est homo tristis, quocum (misericordia motum) dolet ipsum sepulcrum p[re]a angore et moerore.*

*Ob discessum tuum diversissimi a se invicem facti sunt statis mei (h. e. conditio mea hodierna multum diversa facta est a priori), p[re]a tristitia, abiitque ad occursum tuum constantia mea, quaerens soporem (aeternum),*

*Et differt propter te facies cordis mei ab adspectu oculi mei p[re]a dolore vehementi; illud enim p[re]a angore nigrum, hic vero p[re]a moerore albus est.*

Secundi versus verbis فمحضى — الوسمن<sup>b</sup> hoc significat poëta, p[re]a dolore constantiam se plane deseruisse, adeo ut impatienter optet morte cum uxore conjungi et sopore aeterno premi.

In tertio versu cor dicitur p[re]a moerore nigrescere, nempe per flamman tristitiae, quod crematur; albedo oculi de ejus ardore plane extinto, vel lumine occoecato, accipienda. Conf. Korani Surae 12 versus 84, cl. vsu 96.

93) In altero versus hemistichio se ipsum alloquitur poëta.

94) Affixum in فوقيا referendum esse ad subintellectam vocem الأرض، appears e sequentis versus posteriore hemistichio.

a) B. يُهْرِثى

b) Incertum est, utrum in B. legatur أحوالى an الارض،

(mox) depones in eam genam tuam (ibi) recondendam <sup>95</sup>.

Neque fiduciam ponas in tenera juventute, quae efficit, ut spina dorsi tui (in duas partes aequales) secet literas Mim, Ja et Sin <sup>96</sup>,

Quaeque in rubore roseo genarum tuarum, camphorae albedine nitentium, crinibus in faciei latera propendulis, qui ut moschus nigri sunt, scribit Lām et Nūn <sup>97</sup>.

Ex iis vero, quae dicta mea apud te confirmare possunt (saepe autem res (quae accidit) alias res (sibi similes) post se trahit) <sup>98</sup>,

Est calamitas, quae illata filiae Hadhramitae, similis est illi, quā affecta fuit So**ب**baira <sup>99</sup>, (calamitas inquam) quae e palpebris (pro lacrymis) sanguinem expressit,

95) صانُ الْمَفْعُولُ، الْمَصْوُنُ <sup>مُسْكُونٌ</sup> نَسْمَةُ الْمَفْعُولِ، الْمَصْوُنِ verbi hoc loco adhibetur de re futurā. Cf. de Sacy Gramm. Ar. T. II. n. 313, 2<sup>o</sup>. p. 188: <sup>أَسْمَاءُ الْمَفْعُولِ</sup> <sup>أَسْمَاءُ الْمَفْاعِلِ</sup> dicuntur, etiam valere de per se patet.

96) Non potest, nisi fallor, hic versus bene explicari, nisi assumseris, hīc feminam maxime spectari, quamvis formae masculinae personarum verborum et affixorum adhibitae sint. Tum enim hoc versu depinguntur medium corpus ejus gracile, formam literae ♫, in tenuissimum finem exēuntis, referens lumbi ejus carnosus, latissimo ductui literae ♫ similes; natesque obesae, quarum imaginem satis exacte informaveris, si in scripseris. Quarta autem forma verbi ماس mediā Ja, significans effectū ut searet, ex hoc loco Lexico addenda est.

97) Grata lux huic loco affulget comparato alio versu, qui reperitur in قُتْجَهْ مَصْرُونْ ex editione Hamakeri, p. 144 ab initio, ubi de puellā dicitur:

(الرمل) وَلَهَا صُنْدُعٌ عَلَى خَدٍ كَنُونٌ تَحْتَ لَامٍ

Suntque ei tempora super genas, quae referunt Nun suppositum rō Lam.

Ex hoc igitur loco cum nostro collato apparet, Arabes cincinnum illum longiorem, qui in tempora mulieris propendet, comparare cum literā ♫, crines vero genas operientes cum rotundā نـ. Nihil vero obstat, quonipas vocem عذارٌ, quamvis frequentius de lanugine, quae in lateri-

bus faciei virilis crescit, adhibetur, hīc de crinibus mulieris accipiamus, praesertim cum poëta hoc vocabulum eo ipso consilio usurpasse videatur, ut sensum verborum suorum redderet ambiguum. Vid. locus similis in Jonesii Comm. P. A. p. 104 vs. 5.

98) I. e. quod semel accidit, iterum iterumque accidere potest.

99) Quamvis Castellus memoret. صَبَرَةً esse nomen feminae, nihil tamen amplius de eā tradit. De loco hujus nominis in Lēxico Geogr. haec habentur: ضَبَرَةٌ بِالْتَّصْبِيرَةِ مَوْضِعٌ وَالْتَّصْبِيرَةُ بِالْتَّعْرِيفِ. Quare facile in eam opinionem inducereris, non feminam sed locum hīc significari, ubi magna quedam calamitas acciderit. At vero dubio vacare videtur, poëtam respicerre ad verba carminis compositi a Khalifā Hispano al-Hacamo al-Mostansiro billah, cum in eo esset, ut expéditionem in Galliciam susciperet, urbem munitissimam Santistebān de Gormaz

Quaeque obvolvit (fasciis sepulcralibus) juventutem ipsam cum frondibus suis, commisitque illam terrae florentem, (sepulcro) servandam.

Cum vero ea meis curis sit erepta, non amplius etiam rationem habeo horti <sup>100</sup>, neque cogito de obviam procedendo amicis, nec de vita splendidā, neque de sociabus recentis juventutis <sup>101</sup>.

Narravit vero mihi Vezirus Abū-Mohammad Ibn-Abdūn, per aliquod temporis continuam

---

oppugnaturus, quo valedixit uxori dilectissimae Sobaihae (صَبِيَّة). Reperitur hujus carminis versio apud Condeum, T. I. a p. 485 vs. 4 a f. ad 486 vs. 3 a f., coll. ibid. p. 458—461. Jam attende ad hos versus (ibid. p. 486 vs. 7 sqq.):

Du weinsten schöne klare Perlen  
Sapphire ich, vom Herzblut roth.  
Die bildeten auf Deinem Busen  
Ein Halsband, kostbar wunderschön.

et paucis versibus interjectis:

Die Augen brachen unter Thränen,  
Die sie nicht, die das Herz geweint,  
Und in die Farbe seines Blutes  
Aus bitterm Schmerze eingetaucht.

Recte autem hoc loco a Condeo scribi *Sobaiha*, nulli dubio subjectum est, cum et feminam constanter ita appellat (cf. ibid. p. 476 vs. 10, p. 487 vs. ult., p. 489 vs. 2 a f., p. 499 vs. 15), et ipse nominis significationem commemoret in annotatione ad p. 487. Cum igitur etiam minime credibile sit, Abu-Bacrum ipsum in nomine uxoris notissimae Khalifae Hispani errasse, statuendum est, a librariis, historiae regni Hispanici ignaris, locum fuisse corruptum, et pro *sobie* sine ullâ haesitatione *صَبِيَّة* substituendum. Propterea vero solummodo calamitas, quae Hadhramitidi accidit, cum *re ingratā*, quam experta est Sobaiha, comparatur, quod *utriusque feminae maritus tantum inde dolorem conceperit, ut eorum oculi lacrymas sanguineos stillarent*.

100) Optimum etiam sensum praeberet lectio, quae in Codice A. voci حُرْتٌ superscripta est, si nempe pro حُرْتٌ reponas حُرْتٌ elegantiam, venustatem vel splendorem. Verum quominus eam alteri praeferremus, obstitit, quod in altero versus hemistichio vox ab eadem radice derivata, adjективum scilicet حُرْتٌ, occurrat. *Hortus* vero, de quo poëta mentionem facit, est ille, in quo amicos solebat excipere.

101) طَرْدَنَا est in fine versus pro طَرْدَنْ, 3 pers. plur. fem. perfecti verbi طَرَدَ, *recens fuit*. Logice ergo أُنْسٌ (quod collect. hominum genus significat) hic feminine et pluraliter construitur; quia de *puellis sociabus* cogitabat poëta,

siccitatem vexasse urbem ejus regiam, donec exaruisserint rivuli ejus et pulvérulentí facti essent ejus tractus: sonos quidem modulabantur aviculae, minime vero in horto bene irrigato, adducebatque desperatio homines ad res maxime insanas <sup>102</sup>, tristemque præbebant adspectum loca arboribus consita, et querebatur terra ad coelum de miseriâ suâ. Tum vero destitit al-Motawacceilus a potu et oblectamentis, et exituit vestes splendidas, superbiae et vanitatis testes, et modestiam præ se tulit, saepiusque coram Deo se prostravit, et inclinato corpore preces peregit, donec nubibus obductus fuit aër, et effusa fuit pluvia, aquamque demiserunt nubes, et cœcinerunt columbae, illuxeruntque flores ac nituerunt loci elatiōres aequa ac depressi. Accidit autem, ut adveniret Abū-Jūsof musicus <sup>103</sup>, cum terra induta esset ornatis amictibus suis diversarum plantarum, nubesque (per pluviam suam) variegassent vestes ejus, et tapeti egregie picta tecta essent valles collesque <sup>104</sup>, et gratum odorem spargerent Euri flatus. Necdum ruperat al-Motawacceilus sigillum poenitentiae suæ, neque ejus pulverem excusserat a corde suo <sup>105</sup>. Scripsit vero ad eum musicus:

Advénit Abū-Jūsof unā cum pluviā: jam vero, utinam scirem, quid sit, quod amplius exspectetur <sup>106</sup>!

Ego enim minime recuso, ut ipse tu testari potes, inter eos, qui concessui tuo ad-sunt, etiam adesse,

Neque in medium hoc coelum adscendere inter stellas lunamque <sup>107</sup>.

- 102) Proprie: et præcipitem se immisit desperatio cum hominibus in pericula maxima. Nescio autem, an præferenda sit lectio Codicis B., adeo ut locus esset vertendus: homines in desperationis mare omni vi præcipites se conjicerē coacti fuerunt.
- 103) Memoratur ab Ibn-Khallicano N°. 16. Ibn Khakan etiam integrum idque satis longum caput de eo habet, quod est prium in operis ejus parte quartâ, quae inscribitur في بدأي أبو اسحاق ابراهيم بن خفاجة. نبهاء الأدباء وروائع فنون الشعراء. Est integrum viri nomen in Lexico memorata.
- 104) Sic varietatis gratiâ verti. Proprie in textu legitur: cum veste sericâ figuris ornata tecti essent loci depressi collesque. Imprimis ad hunc locum conferenda est locutio in Lexico memorata دُبَيْجُ الْمَطَرُ الْأَرْضَ.
- 105) Imago petita et ad animum translata est ab iis, qui poenitentiam præ se ferentes in humum se prosternunt et in pulvere volantur.
- 106) Quominus nempe, tristitiae et abstinentiae valecicens, gaudio te des et laudis fruariis.
- 107) Luna significatur ipse al-Motawacceilus, stellis ceteri compotationis sodales. Quare autem scripserit poëta, se velle inter hanc lunam hasque stellas adscendere, tum demum bene intelligimus, si nobis informemus imaginem concessus in aulâ regis Orientalis, qui, cum a dextrâ et sinistrâ convivae principi assideant, formam refert circuiti dimidiati. In hujus igitur centro citharam pulsare cupiebat ille musicus.

Et propellere in eo veloces equos vini, incitatos scuticis chordarum (citharae)<sup>108</sup>.  
Tum misit ille ad eum vehiculum, et una cum eo chartulam, in qua hos versus scripsaserat:

Misi ad te alam; vola igitur (ad me)<sup>109</sup>, ita ut hominum oculos lateas<sup>110</sup>;  
Vectus jumentis obsequentibus, ortis e partu fulminum<sup>111</sup>, et inter umbracula e contexta arborum fronde<sup>112</sup>.

Is vero, qui mihi sufficit, pertinet ad eos, qui se a consortio meo tenent remotos prae duritie, quique abest, hoc redimere vellem omnes, qui adsunt<sup>113</sup>.

Tum ille venit ad palatum, quod imminet<sup>114</sup> valli glareosae, quodque (prae situ amoeno) in contemnum adducit mansiones ar-Rauhae<sup>115</sup>, et commoratus est tali

(108) I. e. efficere, ut praestans vini liquor, largiter haustus, celeriter per gulam descendat, dulcibus citharae sonis hilaritatem et bibendi cupidinem compotatorum excitantibus.

(109) Notum est, Arabes equo ob cursus velocitatem volatum adscribere solere.

(110) I. e. ita ut non videant te, me adeuntem. Sibi enim cavebat Rex a malâ opinione, quam plebs de ipsius piëtate concipere poterat, si, paulo ante supplicationibus intentum et ab oblectamentis abstinentem, jam statim, postquam pluvia deciderat, musicum ad se admittere viderent. Propterea vehiculum, sine dubio coöpertum, Abu-Jusofo misit, quo importunos hominum scrupulosorum oculos lateret.

(111) I. e. tam velocibus, quasi essent fulminis protes.

(112) Omnino reprobanda est emendatio in margine Codicis A. proposita, quâ pro من نسیم الشجر substitueretur من نسیم الشجر ex aurâ diluculi. Huic enim umbraculi nomen certe tribui nequit.

(113) I. e. si tu demum adesses, libenter eos dimittere vellem, quos jam in consessu meo præsentes adspicio.

(114) Potest eadem jure, atque altera, in textum recipi lectio Codicis B. Si hanc vero assumseris, Lexico est addendum, 4<sup>am</sup> formam verbi ظل, quando significat adeo propinqua fuit res rei, ut illius umbra hanc attingeret; etiam construi cum على. Conf. annot. ad Wakid. p. 90 vs. 18.

الروح من الفرع على نحو الأربعين ميلاً (115) De haec habet Lexicon Geographicum in v.: الـروح من المدينة وفي كتاب مسلم بن الحجاج على ستة وثلاثين ميلاً وفي كتاب ابن أبي شيبة على ثالثين ميلاً وهو الموضع الذي نزل به قتيل حبيش من قتال اهل المدينة يريد مكة فقام بها وارجح فسمها الـروح والـروح قرية من قرى نهر عيسى ببغداد على سرت (سيبـ. 1) صدر دروها بالقصر قرية من قرى الـروح Ar-Rauha pertinet ad (pagum) al-Phor' (sive al-Phoro'; utroque enim modo nomen pronuntiatur) et distat Medinâ quadra-

*ginta circiter millaria, vel, ut traditur in libro Moslimi ibn-al-Hadjdjadi (cf. Ibn-Khalican n. 727 et d'Herbelot in v. Moslem), triginta sex, vel triginta, ut est in libro Ibn-Abi-Schaiba (cf. d'Herbelot in v. Scheibat). Hic vero est locus, ad quem castra posuit Tonna, cum ab oppugnatione Medinensium rediret Meccam tendens (cff. locus Nowairii in Schultensii Historia Joctanidarum, a p. 60 vs. 15 ad p. 62 vs. 13, Monumenta Vetust. Ar. p. 14, et Johannseni Hist. Jemanae, p. 74), et in quo commoratus est quietemque captavit, quare illum appellavit ar-Rauham. Nomen autem ar-Rauha etiam gerit quidam pagorum Nahr-Isae in tractu Bagdadensi (cf. de Sacy Chr̄stom. Ar. T. I p. 74 ann. 15), situs ad Sibūm Sarsari (cf. ibid. p. 77 ann. 21): ar-Rauha vero forma breviore est unus e pagis ar-Rahabae.*

روى أصحاب الرهري عن الزهرى عن حنظلة بن علی الاسلامي عن أبي هريرة قال سمعت رسول الله صلی الله عليه وسلم يقول والذى نفسى بيده لیهیلَّ ابن مريم بفتح الروحَ حاجاً او معتمراً او لیتنبئنها وروى أصحاب الاعرج عن الاعرج عن أبي هريرة مثله وروى غير واحد ان رسول الله صلی الله عليه وسلم قال وقد وصل فى المساجد الذى يبطن الروحاء عند عرق الطبيبة هذا وان من اودية الجنة قد صلی قبلى فى هذا المساجد سبعون نبياً وقد مر به موسى بن عمران حاجاً او معتمراً ففى سبعين الغا من بسى المساريل على ناقلة له ورقاء عليها عباتان قطويتان يُلْبِي وصفح الروحَ يساجد فيه (تجاويد leg.) وروى نافع عن (aut hic nonnulla exciderunt, aut in mutandum est) عن عائلاً

ويصلى أمامه إلى العرق نفسه يريد عرق الطبيعة قال والعرق الصغير الذي عند منصرف الروحًا وينتهي طرفة إلى ناحية الطريق دون المسجد بينه وبين المنصرف وانت ذاقيب إلى مكة وروى سلامة الصبرى عن البهزى أن رسول الله صلى الله عليه وسلم خرج يريد مكة وهو محرم حتى إذا كان بالروحًا إذا حمار وحشى عقير فقيل ذلك للنبي صلى الله عليه وسلم فقال دعوه فإنه يوشك أن يأتي صاحبه فجاء البهزى وهو صاحبة التي رسول الله صلى الله عليه وسلم فقال رسول (لرسول. vid. leg. ) الله شانكم بهذه الحسناً فامر رسول الله صلى الله عليه وسلم أبا بكر فقسمه بين أترفاف ثم مضى voce ubi eadem res narratur) (legendum est, sicut legitur sub طبعي إذا كان بالأثنية بين الرواية والعرض إذا صبي حاقد (habetur l. c. quod sine dubio spernendum) واقف (وقف) حاقد ففى ظليل وفيه سهم فزعيم أن رسول الله صلى الله عليه وسلم امر رجلا يقف (عند) لا يرى منه أحد من الناس حتى يجاوزه وقال ملك إذا كانت القرية متصلة بالبيوت كالمروحة وشهها لزمنهم الجماعة وقال كثيرون الشاعر سفيان الروحًا لكثرة أرواحها وبالمروحة بنساً يزعمون أنه قبر مضر بن نزار Ar-Rauha est pagus magno incolarum numero florens, habitatus a tribu Mozainae (cf. Pocockii S. H. A. p. 49 vs. 7 a f. et Hamasa p. 1m vs. 3, p. ff<sup>1</sup> et ff<sup>2</sup>), duabus noctibus (i. e. iter duorum dierum) distans Medinā, cum inter hos locos spatium sit quadraginta et unius milliarium: commemorandus est ille in descriptione Warkani, et illius vallis mentio jam praecessit in descriptione al-Asch'ari. Nomen relativum ab illo derivatum est ar-Rauhani contra analogiam; dicitur vero etiam regulariter ar-Rauhawi (cf. de Sacy Gramm. Ar. T. I. p. 334 n. 776, et p. 338 n. 788). Hic est versus Cotsajiri (cf. Ibn-Khallican n. 557; Hamasa p. ۳۰۳ vs. 4 a f. ۵۴, ۵۵ sq., ۶۱ et ۷۰, itemque de Sacy Anthologie Gramm. Ar. p. 83, 133 et 358):

Modo loca depressa flumine irrigata ad ar-Rauham, et modo vertices Radhwae (montis inter Meccam et Medinam siti, a Janboā (ينبع), portu Medinae, iter unius diei distantis), tam tractus ejus humilis, quam arenosus.

Narraverunt sequentia socii Zohritae (Mohammadis Ibn-Moslim: cf. Ibn-Khall. n. 574 et d'Herbelot in vv. Zeheri et Zohari), quae quidem ab hoc accepta ille retulerat auctoritate Handhalae ibn-Ali al-Aslami, qui ea acceperat ab Abu-Horairā (cf. Hamakeri ann. ad Wakid. p. 97). Hic igitur dicere solebat: Audivi prophetam dicentem: per illum, in cuius manu est anima mea, alta voce laudes Dei celebrabit filius Mariae in valle ar-Rauhae, Meccam ad festum tendens aut loca sacra visitans, vel utramque rem repetet. Huic narrationi similia retulerunt etiam socii al-Àradji, utpote ab illo auctoritate Abu-Horairae narrata. — A pluribus autem uno traditionum auctoribus relatum est, prophetam, cum venisset in templum, quod est in medio ar-Rauhae ad clivum ad-Dhobjae, dixisse: Haec est una e vallibus Paradisi; ante me preces peregerunt

in hocce templo septuaginta prophetae: *Musa ibn-Imran* vero illud praetervectus est, *Meccam* ad festum tendens aut loca sacra visitans, cinctus septuaginta milibus filiorum Israëlis, camelō fuscae insidens, cui instrata erant duo vestimenta *Katawanica* (nominis relativi, a قَطْوَانٌ (loco in urbe Cufā) derivati, formam etiam esse قَطْوَانِيّ, non minus quam ex hoc loco Lexico addendum est), cum ad obedientium Dei jussis se paratum esse declararet, et latera ar-Rauhae (i. e. montes hanc vallem circumdantes) ei responderent. Retulitque *Nafus* (cf. Hamakeri annot. ad Wakid. p. 1 vs. 9 a f. et p. 50 vs. 2) haec: transiit (*Musa*) *Ibn-Imran* hunc locum (id est, templum parvum prius ab illo commemoratum), illumque a sinistrâ vel post se relinquens, preces peregit ante illum, ad ipsum clivum facie conversâ: (significat clivum *ad-Dhobjae*): Porro dixit: Et clivus parvus, qui est ad inflexum ar-Rauhae, cujusque extremitas pertingit ad tractum viae (eorum nempe, qui sacram peregrinationem faciunt), transeundus est priusquam ad templum pervenias, cum situs sit inter illud et inflexum, quando Meccam proficisceris. Narravit autem Salama Dhamrita, se accepisse a Bahzitâ, prophetam exiisse Medinâ, Meccam tendentem et mensis sacri ritus observantem, (iterque fecisse) donec cum ad ar-Rauham pervenisset, ibi reperiatur onager saucius; quod ut prophetae dictum esset, illum respondisse: Missum facite illum: nam cito futurum est, ut adveniat dominus ejus. Mox venit Bahzita, qui ipse erat illius dominus, ad prophetam, et dixit prophetae: vester est hic asinus (quod ad locutionem شانكم يبْدأ الشَّيْ cf. locus in Sacyi Chrest. Ar. T. II. p. 419 vs. 14 a f.). Tum propheta jussit Abu-Bacrum, animal dividere inter comites. Deinde perrexit, donec, ubi erat ad al-Otsajam inter ar-Rowaitsum (pagum, qui sub voce الْمُرْوَيَّةَ septemdecim, sub voce العَرجَ vero, viginti et unam parasangas Medinâ distare traditur) et al-Ardjum (pagum quatuordecim milliarium spatium a Rowaitâ remotum), ecce ibi pedibus et capite in unum contractis in umbrâ jacebat dorcas sagittâ transfixa. Tum perhibent, prophetam jussisse virum prope se stantem: ne quis eam videat, priusquam eam praeterierint (vult: faciant ac si nihil viderint, nec laedant hanc dorcadem). Dixit autem Malicus (nempe Malicus ibn-Ans, de quo viro cf. Ibn-Khallican n. 560 et d'Herbelot in voce Malek): Quando pagus aliquis ita se habet, ut domus inter se continuae junctae sint (mallem hîc pro legere متصلة بالبيوت، sicut ar-Rauha et similes, tum illis (incolis ejus) incumbit officium, die Veneris solenniter convenire. Kotsaijirus vero poëta dixit — — — (versus ipse omissus est). — Nomen autem ar-Rauhae inditum est ob odores ejus (plantas odoratas ibi crescentes). Est autem in ar-Rauha aedificium, quod perhibent esse sepulcrum Modhari Ibn-Nizar.

Quod attinet ad mentionem de ar-Rauha factam sub vv. الأَشْعَرْ وَرْقَانْ et الأَشْعَرْ، nihil aliud his locis de eâ dicitur, nisi hoc, al-Asch'aro, *Hidjazi* monti, nomen habenti a copia arborum الْأَجْدَدْ (الأشعر)، uni duorum illorum, ad quos tribus Djohainae (جَهِينَةً) consedit, cum alter i. e. glaber, quoniam plantis caret, appellatus, in Syria situs sit, a parte Jamanae ex adverso oppositam esse vallem ar-Rauhae; eamdemque Warkano, primo montium, quos reperis Meccâ Medinam tendens, esse a dextrâ. E loco vero, quem totum descripsi, quamvis plura,

eius loco, qualem dixit (poëta) <sup>116</sup>, versans in descriptione palatii, his verbis uteris:

In umbraculis fornicatis, circum splendidas aedes, apud quae (collocatae sunt) olivae maturis fructibus nitentes.

Transiit vero iis dies gaudiis dicatus, qualem non transegit Dhū-Roainus <sup>117</sup>, et nemo oculo praeditus animo conceperit antea, quam eorum oculi eum viderunt.

contineat, quae, quod ad rem de quā agimus attinet, nullius momenti sint, haec tamen apparent, primum vallem ar-Rauhae plantis odoratis abundare; deinde Mohammadem dixisse, eam pertinere ad valles Paradisi: quod dictum ad loci amoenitatem spectare, unicuique persuasum fore puto, qui comparaverit ea, quae idem propheta de paradisis tribus vel quatuor terrestribus dixisse narratur ab al-Khazradjio, Cod. MS. 302, p. 4 vs. 9 ad 12: وهي (صنوع) أحدي

جَنَانُ الْأَرْضِ لِمَا رُوِيَّ عَنْ رَسُولِ اللَّهِ صَلَّى اللَّهُ عَلَيْهِ وَسَلَّمَ أَنَّهُ قَالَ ثَلَاثَ جَنَانٍ فِي الدُّنْيَا وَعَنْ بَعْضِ الْعِلْمِيَّةِ Dein paucis interjectis; مَرَوْ مِنْ خَرَاسَانَ وَدَمْشَقَ مِنَ الشَّامِ وَصَنْعَاءَ مِنَ الْيَمَنِ قَالَ جَنَانُ الدُّنْيَا أَرْبَعَ غُوطَةً دَمْشَقَ وَشَعْبَ بَوَانَ (cf. d'Herbelot in v. Schabbaouan) وَصَعْيَدَ سَمْرَقَنْدَ (leg. vid. cf. d'Herbelot in v. Sogd) Haud dubium igitur est, significasse Ibn-Khakanem, tam amoenum fuisse et deliciis plenum palatum regis Badajoci, ut magis etiam incolis placeret quam mansiones ar-Rauhae tribui, quae ibi consedisset, isque qui semel in eo versaretur, aegre illud relinquere.

116) Verbis, quae in Cod. A. adduntur, in textum receptis, عَدَى بْنُ زَيْدٍ بْنُ الْرِّقَاعِ يَصْفِحُ مَصْنَعًا locus vertendus est: qualem dixit Adi ibn-Zaid ibno-r-Rika, describens palatum. Nomen poëtæ, ut hic offertur, conslatum est e duorum poëtarum, a se invicem diversorum, nomine, nempe poëtae passim etiam versus commemorantur in Bohtorii Hamasa, et prior quidem, de quo cf. eliam Sacyi Chrest. Ar. T. II. p. 448 et 449, et Anthol. Gr. Ar., p. 147 ann. 185, ibi dicitur عَدَى بْنُ الْرِّقَاعِ الْعَالَمِيُّ عَدَى بْنُ زَيْدٍ الْعَبَادِيُّ: cum igitur al-Bohtori jam mortuus sit a. 284 (cf. Ibn-Khall. n. 793), hinc evidenter appetet, utrumque poëtam illo antiquiore fuisse, quamquam posterioris aetatem accuratius definire non possum.

117) Memoratur Dhu-Roainus ut princeps Jamanensis, qui ab arce vel monte Roain fuerit denominatus, apud Pocockium S. A. p. 108, itemque ab Hamzâ Ispahanensi et Nowairio, in Schuhensii Hist. Joctanid. p. 32 et p. 66. Etiam ad Nomanem Dhu-Roainum ex auctoritate Abu-l-Fathi Mohammadi et Ibn Hischami refert Hamakerus, in annotatione ad Wakideum, p. 141 v. 10 a f., una cum aliis principibus Jamanensibus Islamismum professum, epistolam mississe Mohammadem, id quod etiam narrat al-Khażradji, Cod. MS. 302, p. 19 b. v. 7 a f. Fuit vero ذُو رَّؤْيَةٍ non unius tantum principis, sed omnium, qui sibi invicem succederent, dominorum, qui terrae tractui Roaino dicto praefuerunt, cognomen. Terrae tractum

(Præterea) mihi narravit Ibn-Abdūnus, se una cum eo iter fecisse ad urbem Santarīnum, partem præstantiorem terrae tractūs, qui Moslimorum imperio subest, cuius fastigia et aedificia extantia <sup>118</sup> alte sese efferunt; quam non terret fortunae vicissitudo, quamque non percellit cujusquam intuitus, quoniam aspera sunt loca, per quae ad eam adscendendum est, adeo ut qui in ipsam adscendere velit, hunc vulneret vehementer: fundamentis constat firmis et immotis, eminetque super ripam amnis <sup>119</sup> eam circumfluentis, quemadmodum brachiale circumdat (mulieris) brachium: imminet agris suis laetō arborum proventu conspicuis, quemadmodum ex altā suā sede despicit sponsa, et plus quam portionem suam (de illis agris) resectuit (et secum velut) in aërem (sustulit). <sup>120</sup> Illi vero (in itinere suo) transierunt Elvasum <sup>121</sup>, terrae tractum, in quo fluunt

enim quemdam in Jamanā, qualem ibi nomine مخالف insigniunt, totum Roaini nomen gerere apparet e loco Lexici Geogr., edito a Johannseno in Historia Jemanae, p. 35 vs. 10 et 9 a f., ubi legimus، ومخلاف رعين من مصانع رعين: Mikhlaſus Roaini ad quem pertinent palatia Roaini; itemque ex iis, quae ibidem habentur sub ipsā voce رعين تضغير الذي: رعين من مخالفات اليمين ورعين أيضاً اسم قصر عظيم باليمين وقبيل جبل لها فيه حصن به سمي ذو رعين، رعن (Roain, forma diminutiva nominis, quod proxime antecessit)، est unus e Mikhlaſis Jemanae; est vero etiam nomen arcis magnae in Jamanā sitae, vel secundum alios montis ejus, in quo est castellum, a quo nomen habet Dhu-Roainus. Ab Ibn-Khakane vero in verbis, de quibus agimus, respicitar ad magnifica illa palatia, in priori horum locorum commemorata, quae hi principes Jamanenses tenebant, et in quibus versari laetam et lautam eorum vitam maximo incremento augebat, et significat, eorum, quamquam tam splendidas aedes habitantium, conditionem, quod ad gaudiorum rerunque gratarum, quibus fruerentur, copiam, eam non fuisse, ut vel unum diem transegissent, qualem al-Motawaccilo cum musico illo celebri transigere licuerit.

<sup>118)</sup> Accepi pluralem أعلام de aedificiis altioribus, quae longe lateque conspici possunt, et viatoribus indicio sunt, quo iter suum dirigere debeant.

<sup>119)</sup> Significatur Tagus.

<sup>120)</sup> Vult, magnam partem horum hortorum jam ipsi urbi junctam esse.

<sup>121)</sup> Non dubito, quin bene nomen hujus urbis in textu restituerim. Est enim sita in itinere eorum, qui Badajoco Santarinum tendunt, neque ita procul etiam ab illā urbe, a qua tractum hoc loco memoratum parvo tantum intervallo fuisse remotum, apparet ex eo, quod Index Ibn-Mokana, qui identidem Badajoci adesse deberet, ut de rebus ad munus suum pertinentibus cognosceret, domicilium vel villam ibi haberet. Nomen vero urbis Elvasi hoc loco agro etiam circumiacenti tribui apertum est,

rivi ad eum pertinentes, et in quo late splendent loca ejus arboribus consita<sup>122</sup>: quo cumque enim sese vertebat ejus intuitus, adspiciebat hortum vel fundum egregium. Obviam vero iis processit Ibn Mokāna, qui in urbe ejus regiā Judicis munere fungebatur, et excepit eos domo suā, ostenditque iis liberalitatem suam<sup>123</sup>, et afferri jussit cibos, quodque Rex eos accipere iisque uti dignabatur, reputavit hoc pro dono et beneficio sibi praestito. Dum autem cibum sumebant, sedebat Judex ad januam conclave, ut observator non recedens<sup>124</sup>; prae ejus vero pudore oculus al-Motawaccili non obibat, neque laete mīcabat. Exiit autem Abū-Mohammad, cum taedium ei creasset Judex per importunitatem quae ipsi oneri esset, et prohibuisset eum, quominus quietem vespertinam et somnum meridianum captaret. Tum obvium sibi habuit Ibn-Hairūnum, qui eum exspectabat, et praeparaverat domum suam, ut in eam diverteret. Venit igitur in conclave, cuius florū ora subridebant, cujusque rosarum genae rubore suffundebantur prae pudore eorum, qui illud visitabant, cum ejus cratēres effunderent liquorem, quem continerent<sup>125</sup>, illudque totum sibi vindicavissent elegantiae<sup>126</sup>. Cum vēro ei adesset grati amicorum consortii hora tempusque, et fragrarent ei herbae ejus odoratae, misit aliquem, qui observaret al-Motawaccilum, donec surrecturus esset is, qui ei assidebat, et discessurus is, cuius praesentia efficiebat, ut ejus conditio solitarii instar esset tristis, adeo ut minime sodalis nomen mereretur. Perstitit igitur legatus ejus per totum illud tempus; quo (Judex) permanxit loco suo eum non deserens; adhaesit autem al-Motawaccilo,

122) Proprie: *in quo superbe se efferunt l. e. a. c.* Conf. autem, quod ad dictionem figuratam, significatio, quae in Lexico Vae speciei verbi خال mediā Ja, cuius octava forma hoc loco occurrit, tribuitur, *adultas plene ac florentes herbas exhibuit terra*.

123) Proprie: *et fecit ignitabulum suum iis emittere ignem liberalitatis*.

124) Ambigua est vox رَقِيبُ, hoc loco usurpata. Significat enim tum *eum*, qui assidue aliquem observat, ut *omnia*, quae ei grata sint, ei suppeditet, tum etiam *eum*, qui exploratoris more oculorum aciem ad *omnia*, quae quis faciat, habet intentam, ut censorem agere possit. E sequentibus apparet, imprimis ad hanc significationem respici. Videtur igitur Judex iste vir fuisse severus, adeo ut ejus praesentia convivii hilaritati noceret.

125) Proprie: *cujusque (conclavis) craterum pectora manifestabant secreta iis commissa*.

126) Proprie: *et super quod elegantiae adstrinxerant fibulas suas*. Conf. vero locus similis in Spec. Cl. Weijers, p. 32 vs. 2 a f., quaeque ad eum annotarunt Viri Clarissimi Weijers et Hamakerus. Nostro autem loco comparato, apparet in verbis loci allati: وَحْنَ الَّذِي سَعَى عَلَيْهِ زُرْتَ عَلَيْهِ حَبْوَبَةً affixum in عَلَيْهِ ad Ibn-Zaidunum, in vero ad felicitatem esse referendum, adeoque Scholiastae explicationem reprobandam esse.

quasi hic debito ipsi esset obstrictus<sup>127</sup>, nec discessit, donec putaret maxillam noctis jam omnem amisisse colorem<sup>128</sup>. Ut autem certior factus erat Abū-Mohammad, eum discessisse, misit ad al-Motawaccilum frustum vini (glaciati)<sup>129</sup> et discum rosarum: iis autem adjunxit hos versus:

Ad te (mitto)<sup>130</sup> hoc vinum (sponsae pulchrae simile), quam tu igitur, velo remoto, adspice, nitentem (adhuc) cum jam extincta sit etiam stellae fulgentis lux;

\*Quae stetit ad januam, cum janitor non prius ei intrandi veniam dederit, quam in eo esset ut somno se daret<sup>131</sup>.

Pars autem ejus per mortem obriguit<sup>132</sup>, parsque prae pudore collicuit.

Ille vero, quem Deus misericordia complectatur, utrumque accepit, et (ad Ibn Abdūnum) scripsit haec:

Pervenit ad me (sponsa) illa, quam ad me deduxisti virginem, cum tamen ejus capilli cani sint<sup>133</sup>.

Celeriter vero veni, ut repares<sup>\*</sup> aliquid, quod praeteriit de consuetudine nostrā familiari, si modo reparari potest id quod praeteriit<sup>134</sup>.

Tum ille equo consenso ad eum pervenit, et transtulit id quod in illo conclavi secum habebat, atque sic noctem transegerunt, vigilare non desinentes, neque aliud fulgur observantes, quam poculum et flores<sup>135</sup>.

127) Solet enim creditor debitorem, si ei obviam factus sit, non dimittere, sed continuis exactiōnibus vexare.

128) Vult, medium noctem esse, quā plane omni colore res careant.

129) قطعیح (pars resecta), hic adhiberi videtur de frusto vini glacie admixta consolidata.

130) Posset etiam vertere: *veniat ad te hocce vinum; vel accipe illud: posteriorē sensu etiam intelligendum* videtur, quod in Lexico Freytagii sub voce الْمَكَانَةُ كَلَّا! plurasis explicatur: *cape hoc.*

131) Nomine الْحَاجِبُ Ibn-Mokana significatur, tum quia reverā, ut ex praecedentib⁹ patet, ad januam conclavis sederat, tum etiam quia pudor ejus Ibn-Abdunum, al-Motawaccilum ad se invitare cupientem, inde prohibuerat: proprie enim الْحَاجِبُ significat prohibens, secludens.

132) Significatur *vinum*, cuius pars per glaciem admixtam solida erat, et pars fluebat. Partem igitur dicit mortui instar corporis rigidam esse, partem vero (ob rubrum colorem) per pudoris aestum colligescere.

133) Spectat vini setustatem.

134) Sensus hic est: celeriter adsis, ut horas illas, quas suavibus colloquiis transigere potuiessemus, nisi Judicis molestia hoc familiaritatis fructu nos privasset, compenses (si modo unquam praeteriti quid, quippe irrevocabile, compensari potest.)

135) Vult, eos a nemine, sive nullā re aliā, quam a vino floribusque hilaritatem petuisse et expre-

Narravit mihi Ibn-Zarkūnus, se adfuisse in conclavi, ubi vinum hauriebatur, et in latibulo dorcadum et gaudiorum <sup>136</sup>. Inter eos vero (qui una cum eo ibi aderant) <sup>137</sup>, erat coetus Vezirorum; in quibus erat Vezirus Abū-Bacr Ibno-l-Kobtorna, vir princeps ingenerositate, quique hanc virtutem clarissime oculis exhibuit <sup>138</sup>. Cum iis vero etiam erat Sa'dus, al-Motawaccili filius, juvenis, cui juventus nondum vestem suam exuerat, neque marcida reddiderat jasminum suum rosamque <sup>139</sup>. Fuerant autem Vezirus Abū-Bacrus et uterque ejus frater Abū-Mohammad et Abū-l-Hasan tam arcte conjuncti cum al-Phadilo, juvenis regii fratre, quam sunt flores <sup>140</sup> cum folliculis suis, et jugula cum amuletis. Cum vero illi inter se recordarentur eum sibi esse erectum, et quomodo (eum perdendo) sanavisset tempus ódium, quod contra eum concepisset, et describerent, quomodo fuisse prostratus, accendebant ardorem tristitiae in animo ejus (Abū-Bacri Ibno-l-Kobtorna); vini autem potatio efficiebat, ut largiter fluenter ejus lacrymae <sup>141</sup>, et narrationum de illo aures ejus reddebat avidas. Concitus igitur est moeror ejus, et discessit laetitia ejus lususque; quapropter emisit oculorum suorum angulos ut situlas (ad aquam petendam), et ex tempore hosce versus pronuntiavit:

O Sa'de, opem mihi fer <sup>142</sup>, neque enim es avarus: benigne eas (lacrymas) funde,

classe. Phrasis enim شام برقا propre dicitur de eo, qui fulmen observat, ut videat, ubi cadat pluvia; cum vero pluviae imago ad liberalitatem et munificentiam transferri soleat, verba شفت برق فلان usurpari etiam solent ab eo, qui virum aliquem respicit ejus beneficium sperans; ad quem locutionis usum hic attendendum esse puto.

136) ut pluralis a فَرَح Lexico est addendum. In Cast. Lex. occurrit quidem, sed male ad فَرْحَة refertur. Est autem haec forma pluralis frequentissimi usus: conf. Spec. Cl. Weijers, p. 20 vs. 1, Grangeret de la Grange Anthol. Ar., p. 1<sup>44</sup> vs. 1 a f. et p. 8<sup>44</sup> vs. 4.

8) Si Golii Lexicon inspexeris, fortasse in eam induceris opinionem, hic non sicut ego feci, رَحْبٌ; sed رَحْبٌ esse pronuntiandum, quo resonantia melius se habeat. Formae enim حَبَّةٌ sive حَبَّاتٌ ibi etiam praeter plurales رَحْبٌ, رَحْبَاتٌ et رَحْبَاتٌ, quae solae testibus Djauhario et Phiruzabadio ei propriae sunt, etiam ut plurales tribuuntur رَحْبٌ, رَحْبَاتٌ et رَحْبَاتٌ. Verum, cum nullo jure id a Golio factum videatur, sine ullâ haesitatione رَحْبٌ pronuntiandum esse puto: cui formae ne cui mirum videatur quod deinde resonet forma سُكْبٌ: nam in ornata hâc prosâ, haud minus quam in poësi, licet ut literas sibi invicem resonantes diversae vocales antecedant. Conf. de Sacy in *Traité de la Prosodie* §. 73 et 91, *Gramm. Ar.* T. II. p. 652 et 657.

9) Proprie in textu legitur: et super me fluxerunt e liberalitatis donis pluviae nubium.

10) Vocabulum حَصْرَةٌ significat urbem primariam, aut totius regni, ut in eâ Rex, aut regionis, ut in eâ Praefectus sedem habeat.

11) Liberius verti: si lectionem recipis Codicis A., quam eidem utpote exquisitiorem praetuli, proprie in textu ita fere legitur: et consecuti ab illo sumus id quod voluimus ex eo quod nos sibi assuetos et familiares redderet. Assuetum autem loco esse apud Arabes significat liberum facilemque se in eo sentire ejusque caritate obstrictum esse.

12) (عَيْنٌ آتَانَارٌ) hic solito modo sibi invicem opponuntur, ita ut in singulari numero عَيْنٌ آتَانَارٌ et آتَانَارٌ عَيْنٌ opponi solet: hoc enim sensu nomen عَيْنٌ pluralem formam الشَّيْءَ الشَّيْءَ habere, docet locus in Abulfardji *Hist. Dyn.* p. 51 vs. 4 a f. Vult poëta se amici absentis

Est ille mihi viae index, si quando in gloriae tramite errat stella mea<sup>13</sup>, etiamsi non impedit eam (sicut stellis accidere solet) occasus aut defectus<sup>14</sup>.

Removit se (jam amicus ab urbe meâ); at ne remotum sit<sup>15</sup> foedus, ex quo continenter veniant (epistolae a nobis invicem scribendae): quare renova per hoc (epistolarum commercium) vestigium mutuae nostrae amicitiae, ut non oblitteretur<sup>16</sup>,

Et fac ut appareat illud, pretii loco sibi petens (hominum) mentes, ita comparatum ut velut e quavis ejus literâ nos adspiciat furtim oculus<sup>17</sup>;

Ut lineae ejus nobis ob oculos positae sint subridentes, (et rogemus): Utrum (hoc) est os, quod se aperiendo conspectui exhibet labia fuscâ ante dentes, quorum albedo ad flavedinem vergit, an vero litera?<sup>18</sup>

Cujus sensus et vocabula (tam grata sint), ut niteat<sup>19</sup> ex horto flos vividi coloris, aut obeat vinum merum diu conservatum;

Quae<sup>20</sup> vel maxime moderatis tantam efficiant alacritatem, ut surgere eos cogant, quasi in omni membro illius, qui haec audiat, esset locus inflectendo aptus<sup>21</sup>;

*praestantes virtutes non minus sibi ut exemplum, quod imitaretur, proponere, quam quum praesentem coram eum adspiceret.*

13) Nomine figurato كوبى hic sine dubio ratio mea significatur.

14) Nomen actionis كسف hic passivam habet significationem eclipsi affici.

15) ipsâ grammaticâ postulante, hic optativo sensu vertendum est. — Si voluisset poëta cum tamen non remotum sit, dicere debuisset وَلَمْ يَنْتَهِ.

16) Forma sexta تواصل hic bis usurpata est, sed diverso sensu, nempe rō continuum continentur, et secum invicem conjunctos esse.

17) Vides, Ibn-Abdunum epistolae, quam petit ut Ibn-Khakan sibi mittat, praestantium describere imagine petita a pulchris puellis, quae non minore pretio viris se conspiciendas præbent, quam ut mentes eorum captas teneant et amore vehementi perturbent. Cum enim imprimis mulieris oculorum aspectus amoris ardorem in animis hominum excitare soleat, hujus scriptoris literas cum totidem comparat oculis amatores allucere et irretire consuetis. Quod ad significationem et constructionem octavae formae اسْتَانِ attinet, cf. Ham. p. ۳۸ vs. ۱۱.

18) Proprie in textu legitur: *Utrum est (hoc) os, quod se aperiendo conspectuit exhibet colorem fuscum albedinis ad flavedinem vergentis, an vero litera?* Scriptoris literas atramento ductas poëta comparat cum labiis fuscis, chartam vero, in qua scriptae forent, cum dentibus flavis.

19) Certo de eo pronuntiare non ausim, an forte lectio Codicis B., qui pro ف, habet ف, praeferrenda sit. E Lexico tamen efficeres, hoc verbum de fulminis potius splendore adhiberi.

20) Nempe sensus et vocabula:

21) Sensus est: tantopere præ admiratione elegantiae istius scripti commoveatur, cuicunque illud prælectum audire licet, ut nullum ejus membrum quietum manere possit, neque collum tantum, axillæ et similes, sed omnes omnino ejus artus ita videantur constituti, ut se inflectendo apte sint et ad id destinati.

Quae optet is ipse, qui te odio habeat, vel ea conditione, ut nasus ipsius amputetur, ut pupillae suae sint collyrium, et ornamentum in aure suâ <sup>22</sup>.

<sup>23</sup> Tu vero es ille, qui nisi existeret, os mihi nullum proferret sermonem, nec quidquam opinaretur animus <sup>23</sup>, neque scriberet manus.

<sup>24</sup> Qui auxilium mihi fers contra temporis injuriam, Abū-Nasr (*pater auxiliū*), ne (diu) locum habeat absentia: a te enim auxilium est animae meae, et tu ei es refugium <sup>24</sup>.

<sup>25</sup> Tu (jam huc usque ab Evorâ) discessisti; at vero neque lorum, quo soleam pedi meo adstringam, neque jumentum, quo vehar, mecum est, ita ut neque (equi) unneque ocrea solvere possit debitum amoris mei:

Neque deducere (amplius) possum (te discedentem), si iter persequeris: nec vita (mihi gulâ, amplius) clara erit, neque opes abundabunt:

Molestum erit cras praestantiori hominum parti <sup>25</sup> te mihi valedixisse, nec amplius manabunt lacrymae, neque costae prae alacritate celeriter se commovebunt <sup>26</sup>.

Querendum mihi erit ad te de discessu: ex quo quam percepturus sum noxa mihi sufficiet, ut plura quidem perferre non valerem; si vero alias generis noxa esset, non insuperabilis mihi esset aequalis pensatio aut permutatio.

Initum mihi pactum remitte <sup>27</sup>: sed quid dico? potius conquerar ad te de noctibus, quae praeterierint stillante in ungues earum sanguine meo:

Nam profecto amicus, a quo tu separatus es, caret ornamento, et vir familiâ orbus, qui a te abest, (fasciis sepulralibus) est obvolutus <sup>28</sup>.

22) Significat Ibn-Khakan, *tantam epistolae, quam ab amico petit, fore praestantium, ut ipse ejus inimicus merita ejus agnosceret cogeretur, et libenter magnum detrimentum, quale est nasi amputatio, pati vellet, si modo laudem compositionis talis scripti sibi tribuere ipsi liceret.*

23) Ex hoc loco apparet, non minus in usu esse locutionem **تحبس نفسك في نفسك**, quam eam, quae sola in Lexico memoratur, **تحبس نفسك في نفسك**.

24) hic sine dubio referendum est ad nomen **نفسك**, de quo auctor cogitaverit. Dixisset **لها**, nisi metrum obstitisset.

25) [De voce **العليا** conf. *Spec. mei* p. 28 vs. 8, ut supra in p. 107 annotavi. H. E. W.] Cum vocis **العليا** vis, de qua supra exposuit Cl. Weijers, librariis esset incognita, pro difficiliore lectione substituerunt facilius **الذنب**, quod in Cod. G. legitur.

26) *Quod nempe siebat, prouti tu aut lugubria recitabas aut laeta carmina.*

27) I. e. *Remitte mihi promissum de mittendis etiam a mea parte ad te litteris: nam non potero ei satisfacere.* Verbum **أقال**, quod proprio significat initum mercatum irritum reddere, non minus e mercaturâ desumtur est, quam **عَدْل** **mercium cum mercibus**, et **صِرْف** monetarum cum monetis permutatio, in versu praecedente.

28) I. e. *non melior est ejus conditio, quam illius, qui mortem jam obiit et sepulcro est conditus.*

Praeterea hi etiam ejus sunt versus:

Irriget illam, (quae una est) e mansionibus felicibus amplis<sup>29</sup>, pluvia (quot enim mihi in ea (succurrerunt) sententiae facunde enuntiatae!).

Et monilibus ornet coronas horum collium, et variis coloribus pingat pallia harum vallium<sup>30</sup>!

Quodcumque obliviscar, non obliviscar unquam tempus quod in ea transegit, et traxisse me in ea pone me srymata laetitiae,

Et dormivisse me super hortorum vestibus variatis, cum petulantia ventorum veste meam in diversas traheret partes;

Adeo ut neque prudentiae (gaudia turbanti) obsequium praestarem, nec cujusquam reprehendentis reprehensioni aures praebarem.

Quot fuere noctes similes conversioni oculi hominis p[re] timore inquieti, quibus coeli post occasum solis ruborem ab aurorae luce non discernerem<sup>31</sup>.

Aliud ejus carmen est hoc:

Amici mei! (vos appello) dum sunt prope pectora nostra cuspides, quae transeunt super omnes homines<sup>32</sup>,

Et vero continent costae nostrae corda, quibus nihil aliud placet, quam aut sepulcra aut palatia<sup>33</sup>.

Quando homines generosi in injuria accepta acquiescere possunt<sup>34</sup>, qua tandem irre vir nobilis vili praestare censendus est?

29) فساح, ut forma pluralis a singulari فسح, Lexico est addendum.

30) Comparatur pluvia in plantas laete florentes decidens, cum monili e margaritis connexis constanti, quod superimponitur corona gemmarum varii coloris consertarum; terra vero plantis floribusque tecta, cum veste variis coloribus picta.

31) I. e. Quot noctes tam jucunde transegit, ut non longiore temporis spatio contineri viderentur, quam quod requiritur ad conversionem oculi hominis, quem timor inquietum reddit, cuiusque visus propterea non diu in unam eamdemque rem manet defixus; sed continuo huc illuc moveretur; neque aliter mihi esset tempore matutino, quam si adhuc in primâ noctis parte versarer, cum aurorae lucem cum luminis post solis occasum reliquiis confunderem.

32) Proprie super agmina saeculorum, h. e. in saeculis viventia. Significat calamitates, quae unam hominum generationem post alteram infestant, quibus poëta cedere nollet. Non enim, ut addit in verso sequenti, iis eo se adduci p[re] animi generositate patiebatur, ut re vili contentus esset, verum omne, quod abjectum esset, respuebat et longe a se removebat.

33) I. e. quae mori malunt, quam in abjecta conditione versari.

34) Proprie: quando homines generosi pernoctare super injuria possunt.

Ante hac rem humilem recusavit Kaisus Absita; neque aurem praebuit dictis ejus, qui consilium ei dabat <sup>35</sup>.

Item:

Neque obliviscar <sup>36</sup> noctem, quam transegimus, cum mutuus amplexus totum corpus nostrum cum toto corpore alieno misceret <sup>37</sup>,

Donec incurvabatur dorsum obscuritatis, et maxilla ejus canescebat <sup>38</sup>, et ad proverbam aetatem illa (obscuritas) pervenerat,

Quod vero attinet ad versum, qui in margine Codicis A. additur, ille sic vertendus est.

35) Ad eamdem historiam hic respicitur, de qua supra p. 59, in annot. 8, mentionem injeci. Res igitur humili, quam recusabat Kaisus, fuit in modum mendici alimenta petere; is vero, qui consilium ei dabat, erat ejus comes, qui ut opem tribus, ad quam accessissent, imploraret eum exhortabatur. Cff. imprimis versiculi in Rasmusseni Additam., p. 30 vs. 3 et 4, qui sic constituendi videntur:

(المديد) أَنْ قَيْسَا كَانَ مِيَتْتَهُ أَنَّقَا وَالْحُرُّ مِنْظَلْقٌ  
فِي دَرَبِينَ لَا يَعْبِدُهُ رَبُّ حُرْ شَوَّهَةَ خَلْقٍ

Quod vero attinet ad versum, qui in margine Codicis A. additur, ille sic vertendus est:

Et mentem mihi alienavit discensus filiorum Saidi, nec discernere possum filum, quod inter nendum untrorsum trahitur a filo quod retroducitur (h. e. res inter se quantum potest maximè oppositas secum invicem confundo).

Sine dubio autem e margine antiquioris Codicis male in textum Codicis A. inventus est. Ibi autem in margine scriptus fuerat, tanquam locus parallelus, quo illustraretur versus Ibn-Abduni, paucis interjectis antecedens:

وليل كرجعة طرف المُرِيبِ لَمْ أَدْرِ لَهُ سُقْنَا مِنْ صِبَاحٍ

فِي ادْرِي قَبِيلًا لَمْ أَدْرِ كَذَا مِنْ كَذَا نِيمِيرُوم, sicut in hoc dictio occurrit, ita quoque in isto نِيمِيرُوم. Nequaquam igitur interpolatus ille versus ipsius Ibn-Abduni videtur, et multo etiam minus pertinere ad carmen, cuius nunc ultimus est in Cod. A. Causa, cur huic carmini sit additus, facile patet, nempe quod utriusque et metrum et resonantia finalis inter se convenirent. Quisque vero intelligit, poëtam in eo loqui de tribu quae ipsum reliquerat, cuiusque discensus mente ipsum privaverat.

36) De imperfecti modo jussivo, a poëtis, metro id requirente, pro indicativo usurpato, cf. de Sacy Gramm. Ar. T. II. p. 503 n. 923.

37) De resonantiā inter يُكْلُ وَأَكْتَهَلْ vid. supra ann. 8.

38) Si, ut ego feci, pronuntias أَشْتَهِنْ, nona forma verbi طَهَّ ex hoc loco Lexico est addenda. Notum vero est, nonam verborum formam, ubi de coloribus sermo est, usurpari solere.

Et tetigerat tenuē pallium aurae (matutinae) super humero noctis aliquid de madore <sup>39</sup>.

Item :

An meministi tempus, cuius ego minime oblitus sum, cum amori meo amicitia sincerā obsequium praestaretur;

Et quomodo noctem transegerimus in Nahro Himsi <sup>40</sup>, cum ingenium (nostrum) vino esset excitatum,

Et lacrymae roris nocturni laeves redderent oculos, qui spectarent ad nos continuo e fontibus aquae <sup>41</sup>.

Item :

Non obliviscar, me aliquando inter fluvium et palatium stetisse, quo faciendo quaesivi id quod amissum erat de amore fugaci.

Semel ego obtutum meum jeci (in pueram) jactu tali qui illum (obtutum) large praebebat: nec prius avertere illum potui, quam cor meum jam locus esset ab eā (puerā) vulneratus <sup>42</sup>.

39) I. e. et aura matutina se inter vapores matutinos miscere eosque fugare cooperat. Proponitur his duobus versibus nox ad finem vergens, cum aurora jam tenuibus quibusdam luminis radiis obscuritatem coeli exhilarat, sub imagine viri senescentis, in cuius barba capilli nigri cum albis mixti sunt. Porro aura lenis mane spirans dicitur noctem a tergo assequi, adeo ut ipsius vestis ejus humerum attingat, et vapores nocturnos, qui mox in rorem sole oriente dissolventur, dispellat.

40) Videtur حُمْص fuisse locus ad rivum vel fluvium situs, non procul ab Hispali: haec enim urbs, quippe in quā, Arabibus Hispaniam occupantibus, milites Emessā oriundi consedissent, Emessae (حُمْص) nomen a novis incolis accepit. Conferantur locus ex historiā Granatensi apud Casirium T. II. p. 252, Conde T. L. p. 172, et haec Lexici Geographicī verba in voce أَيْضًا بِالْأَنْدُسْ وَهُمْ يَسْمُونْ مَدِينَةً أَشْبَلِيَّةً. حُمْص : حُمْص.

41) Spectat roris gemmas, quae per Lunae radios super clarae fontium aquā reniderent. Parum absuit, quin practulisset lectionem, quae in margine Gothani et in textu Codicis A. habetur, ubi nempe pro عَيْوَنْ substitutum videmus خَدْرَوْن, adeo ut versus esset vertendus: E. l. r. n. l. r. o. q. s. a. n. c. e genis aquae.

42) Vult, se isto in loco constitisse; ut pueram a se amatam rursus videret, et statim primo obtutu cor suum ab ea vehementissimum in modum vulneratum esse.

Item:

Dicebam socio meo: Surge, non tamen ut imperans (hoc tibi dico) <sup>43</sup>. evigila; at res tua alia est quam mea <sup>44</sup>.

Fortasse aurora jam venit, et super noctis (ultimis tenebris) precum horam promulgandi partes in se suscepérunt (columbae) gementes <sup>45</sup>.

Sunt ejus etiam hi versus; primum vero eorum hemistichium al-Motawaccilum Ibn-l-Aphtas regem Badajōci habet auctorem <sup>46</sup>:

Poësis est conditio jacturae unicuique qui studet virtuti <sup>47</sup>,  
Seni cophinus vitiositatis, at juveni vas elegantiae <sup>48</sup>.

Composuit Ibn-Abdūnus etiam hoc carmen:

Ab omni parte dies transii, nunc in loca eorum alta adscendens, nunc in depresso descendens,

Cum affulgerent mihi duo ora, aurora et gladius acutus, et abderent me duo corda, nox et tenebrae;

Et vero benigne me projectum sustulit terra, excepto tali deserto, in quo colloqueretur mecum (amata puella) coram adspecta, ac dein fidem datam falleret <sup>49</sup>.

43) I. e. quamvis modo utar imperativo, non tamen quid tibi impero, sed amice tantum te admoneo.

44) I. e. Si tu mavis dormire, equidem non impediam: res tua non mea est.

45) H. e.: columbae gemitu suo, quem sub auroram ordiuntur, jam precum instare tempus. nuntiant. Praetuli lectionem Ood. B., quoniam ea, quam praebent A. et G., non nisi longe quaestā explicatione assumptā defendi posse videbatur.

46) Hoc ita intelligendum est, al-Motawaccilum per jocum, utque Ibn-Abduni ingenii vires exerceret, hoc hemistichium in contemptum poëeos protulisse; hunc vero alterum hemistichium alterumque versum adjunxisse. At alia eaque verosimiliora de origine horum versuum narrat Abdolwahidus al-Marracischi loco infra edendo.

47) Conf. Lexicon et in خَسْفٍ وَّخَطْبٍ (quo posteriore loco male est خَسْفٍ). Vult: unusquisque, qui virtuti (عِزْفٍ enim idem est quod مَعْرُوفٌ) studet, si semel poësi dat operam, huic se conditioni submisit, ut in virtutis studio aliis largi inferior maneat: poësin enim per ipsam indolem suam jocis et lasciviae locum dare.

48) Versui al-Motawaccili alium subjunxit Ibn-Abdunus, itidem de poësi agentem, verum neque adeo in laude ejus, neque in vituperio versantem, et hoc simpliciter significantem, eam, si a senibus colatur, saepe vitiosam esse et nullo modo placere, si a juvenibus, ut plurimum elegantiæ ornatu splendere.

49) Significat poëta, se omnis generis fortunae casus expertum fuisse, nunc in sublimi conditione

Respondit literis Veziri Abū-Bacri Ibno-l-Milh <sup>50</sup> his versibus:

(Epistola tua, ut) planta tuae praestantiae pluvia irrigata, salutavit me et vitam meam instauravit; cum niteret duobus cypri floribus, suave oientibus, ut leni aurae flatu et herbā odoratā <sup>51</sup>.

Quid hoc est e pulchritudine et pulcherrimā compositione, quod obtutui et auditui meo exhibuisti, (stans ipse) in scalā elatā excellentiae tuae, quā reliquos omnes antevertis?

Est oratio soluta, cui adjunxisti ligatam, ut adjungunt manus earum, quae sponsas comunt, hyacinthos margaritis;

Aut sicut pocillator identidem gravia sua crimina perpetrat, ad resonantias chordarum et modulationum (cantū).

(Dei veniam imploro!) <sup>52</sup> quin potius sicut manus, ad defensionem jurium et honoris prompta, una cum gladiis acutis sibi etiam sumit hastas <sup>53</sup>.

Minoris vero praestantiae, quam ea quae tu (oratione solutā) profers et (oratione ligatā) recitas, sunt ea quae linguae Sahbāni et Hassāni protulerint <sup>54</sup>.

*versantem, nunc in infimā, et in priori quidem laeta sibi omnia contigisse, perfectāque se felicitate gavissimū esse, in posteriori vero etiam non defuisse sibi misero solatia et tegumenta adversus malae fortunae verbera. In universum dicere se posse, semper omnes terrae regiones, in quibus unquam versatus esset, sibi bonitate suā non defuisse, nec de quāquam sibi querendum esse, praeterquam de solo deserto tali caet. Cogita, noctem non semper obscuram esse, neque igitur frivolam et ineptam hic esse dictionem tegi a nocte et tenebris.. Caeterum de illā dictione tegi a nocte conf. Specimen. Cl. Weijers p. 47 vs. 2 a f. Lexico autem ex hoc loco addendum est; secundam formam verbi بـ (mediā Waw), non minus quam primam, significatione e loco superiore descendendi usurpari. عـان vero, ut in Lexico etiam traditur, de ipsa personā, quam coram adspicis, adhibetur, ad quam significationem hic attendendum est.*

50) De hoc viro peculiari etiam capite egit Ibn-Khakan, Cod. A. T. II. a pag. 95 ad 99 et Cod. B. p. 89.

51) Partem prosaīcam epistolae cum venti leni flatu comparat, poēticam vero cum herbis odoratis.

52) Dei veniam implorat poēta pro eo quod comparisonem desumptam a re illicitā, qualis a Moslimis habetur inter vini potationem musicā et cantu se exhilarare, usurpasset.

53) Si veram verbi عـ vim accurate reddere velis, verba ita vertere debes: s.m.a.d.j.e.h.p. impari numero armorum non contenta, praeter gladios etiam hastis assumtis, efficit, ut jam numerus armorum par sit.

54) Liberius verti: proprie, si emendationem nostram assumseris, locus sic sonat: *lingua vel tālium virorum, qualis Sahban et Hassan fuerunt, execatur intra (quam proferat) ea quae tu profers et recitas.* De Sahbano cf. ann. I in pag. 106; de Hassano vero, poēta Medinensi celeberrimo, cf. Spec. Cl. Weijers p. 66—68 et loci ibi citati, et in primis etiam Kosegartenii Chrestom. Ar. p. 132 vs. 9 sqq.

Ne extinguatur lux mundi, cui ortum debes <sup>55</sup>, neque terat novitatem multiplicis illius, quae in te est, nobilitatis successio continua diei et noctis!

Hos versus scripsit ad al-Motawaccilum al-lāh, cum domus, quam ut mansionem, ubi diversaretur, ei dederat, super eum pluviam stillaret <sup>56</sup>:

O tu, qui ab utroque latere ad nobilitatem te effers, sic ut eminent bullae aquae, altero tempore identidem magis quam altero <sup>57</sup>!

Servo tuo est domus, in qua diversatur, quam fere haberes pro mansionibus Salmae deletis ad Dhū-l-Khālum <sup>58</sup>.

Dicit ei, postquam vidit indicia vetustatis ejus: age, jucundo fruimini tempore matutino, reliquiae vetustate consumtae!

Tum illa (neque curabat, quomodo responsum suum redderet <sup>59</sup>): Num is, inquit, qui tempore praeterito jam fuit, jucundā frui potest conditione?

55) H. e.: ne in te extinguatur sol istius terrae, in quā natus es!

56) Videtur Ibn-Abdunus tum Evorā, ubi habitaret, ab al-Motawaccilo invitatus, Badajocum venisse.

57) Vides al-Motawaccilum hic dici, identidem magis famā in clarescere, suisque excellere aequilibus ut bullae supra aquam emineant. Illud من جانبیه autem fortasse spectat ad laudem ejus tam bellicam quam literariam.

58) est nomen gentis ad tribum Darimitarum pertinentis, ut apparet ex hoc loco Djauharii سلمی (sub radice سلم) من دارم قال: سلم

(الطوبل) تُغيِّرُنِي سَلْمَى وَلَيُسْ بِقُصَّةٍ ولو كنت من سلمی تفرعت دارما

Qui versus sic vertendus est:

*Exprobras mihi originem e gente Salmae, et hoc tamen non est vitium: si tu e Salma originem traxisses, potuisses principem mulierem e Darimi tribu uxorem ducere.*

Locus vero, appellatus, in Lexico Geographico non commemoratur, ubi tamen aliūs, nomine simili ذات الـخـالـان dicti, mentio fit. E versu tamen Ibn-Abduni, si سلمی habes pro nomine tribū, satis apparet hanc ibi temporibus antiquissimis habitasse, deinde vero domicilia eorum ab iis deserta vetustate concidisse. Quod si minus placet, statuere potes سلمی hic nomen esse montis notissimi, juxta quem Tajitae, irrumpte inundatione, سبل العرم dictā, e Jamane pulsi, sedem fixerunt (cf. Pocockii S. H. A. p. 43 vs. 11 a f.), ideoque de mansionibus Tajitarum, tempore valde remoto, quo ista inundatio locum habuit, ab iis ibi exstructis, sermonem esse. Cf. supra p. 64, ann. 32.

59) I. e. statim respondit, non diu de ratione ejus responsi a se reddendi sollicita.

Jube igitur eum, qui mansionibus hospitibus procurandis est praefectus <sup>60</sup>; praestantior rem aliquam (mihi assignare) : nam juvenis ille delirat, nec boni quid praestat <sup>61</sup>.

Complexus est literas serviles hoc versu:

Rogavi literas serviles ipsarum nomen; tum illae dixerunt minime mentientes: Amān watashil <sup>62</sup>.

Hos versus scripsit ad Vezirum Medicum Abū-l-Alāum Ibn-Zohr <sup>63</sup>:

Portio mea, (quam cupio) e bonis hujus mundi est amor viri gloriæ excellentis, quo (amore) clam ad insaniam usque rapior, quemque palam obsequiose colo.

(Bene sit tibi: si veniam das dicendi, dicam (quod mihi in animo est), nihil (tibi) exprobrans; sin vero recusas, tacebo tibi, ne petens quidem ut te excuses <sup>64</sup>.)

E cuius (viri) amore ad ipsum veni matrimonio expetitum nobilem feminam, et pro sponsali dono ei dedi gratiarum actionem meam <sup>65</sup>, hoc modo magni pretii dotem pro ejus <sup>66</sup> possessione solvens.

60) Praetuli pronuntiare مَحَاجِبُ الْأَنْوَافِ, dominus *procurationis mansionum*, alteri pronuntiandi modo مَحَاجِبُ الْأَنْوَافِ, dominus *mansionum*.

61) I. e. adeo male provinciam sibi demandatam administrat. Forma فَعَال Lexico addenda est: occurrat ea etiam Korani Surae XI. verso 109.

62) Significant haec verba: *securitas et auxilium ad res faciliores reddendas*; hujus vero eorum significationis nullam rationem habuisse videtur poëta, cum iis tantum literas serviles omnes comprehendere voluerit.

63) De hoc viro, cuius nomen integrum est أَبِي الْعَلَّا زُقْرُونْ بْنُ عَبْدِ الْمَلِكِ بْنُ زُقْرٍ, cuiusque filius commemoratur in loco al-Marracischii infra edendo, mention fit in opere Herbelotii in v. Zohr. — Vita ejusdem exstat apud Ibn-Khallicanem n. 683.

64) De لَكَ الْخَيْر, benedicendi formulâ, cf. Spec. Cl. Weijers, p. 38 vs. 3, Hamas. p. 4 vs. ۲۰ a f., et ۳۱ vs. ۵ a f. Secundus ille versus quasi parenthesi inclusus est a poëta: nimurum in reliquis versibus in tertiat personâ ad virum, quem appellat, loquitur, ut minus eum offendat querelâ, quâ ipsum adit, utque minus dura et molesta sit tecta sua iniquitatis amici accusatio. Jam autem hic parenthesi illâ dicit: *visne pergam, an vero jubes me tacere: si veniam das loquendi, loquar sine acrimoniâ, sin jubes tacere, parebo*, et ne causam quidem istius negationis rogabo. — Pergit mox, quasi amicus in ajentem partem respondisset.

65) I. e. *Jam ante beneficium acceptum gratias egî, quae instar essent donorum, quae patri virginis dat juvenis, qui in matrimonium eam expetit.*

66) Si legis بِ, ut est in Codice, affixum referendum est ad شوَاهِ. Verum plurius videtur, cum primo versus hemistichio dixisset poëta se ex amici amore nobilem virginem in matrimonium

At ille tacuit, et ne unam quidem protulit literam, neque mihi a se <sup>57</sup> reddidit responsum, sive ligatā oratione, sive solutā.

Non autem silentium hoc loco est ē legis praecepto <sup>68</sup>, neque amicitiam hujus viri protatus sum, cum intacta esset virgo <sup>69</sup>:

At vero, si (hanc, quam ab eo petii, feminam) in aliūs cujusque proci domum ducit, me solo excepto, nullus tamen adhuc mei similis repertus est neque promissorum observatione, neque fide:

Si autem contingat mihi, ut (tandem) petitioni meae morem gerat, rem priorem <sup>70</sup> excusabo, neque rei posterioris <sup>71</sup> ingratus ero.

Haec est epistola, quā mihi aliquando respondit:

Adegit me facundia tua, (responsum a meā parte eliciens), eo, ut praeverteretur facundia mea, et superata est mea pulchrum quid componendi facultas, tua vero evasit superior <sup>72</sup>, per duos oculos ex oratione ligatā et solutā amplos, quos si huc illuc vibrarent

petiisse, statuere eum mox eodem versu ipsum illum amorem ut mulierem, quam uxorem ducere velit, proponere. Quare pro certo habeo legendum esse <sup>هُوَ</sup>. Ortum est vitium ex eo, quod librarius <sup>بَلْ</sup> praecedens pronomen masculinum <sup>الْيَهُ</sup> in هُوَ et in <sup>أَنْحَلَتْهُ</sup>, hic etiam putavit feminine necessarium esse. Non dubito etiam, quin recte pro <sup>وَأَغْلَى</sup> substituerim <sup>أَنْحَلَتْهُ</sup>, quoniam imperfectum hoc loco necessario esse debet <sup>أَلْخَالُ</sup>, neque igitur ei praemitti potest (cf. de Sacy Gramm. Ar. 2e partie, p. 384 n. 665); cumque <sup>أَنْحَلُ</sup> ut donum sponsale dare plane quod ad sensum conveniat cum vocabulo <sup>مَهْرٌ</sup>, appareat cum hoc ipso verbo illud etiam conjungendum esse. Nullo discrimine dicitur apud Arabes <sup>أَغْلَى</sup> et بالشى، carum reddidit pro re pretium. Cf. scholion ad Haririū p. ۲۴۸. Accusativus vero pretii hic etiam additur; id quod moris esse in Lexico non traditur. Ex <sup>أَغْلَى</sup> vero obscurius scripto primum exstitit <sup>أَغْلَى</sup>, deinde metri causā, ei fuit praefixa.

- 67) Proprie <sup>هُوَ</sup> vertendum esset quod ab ejus parte veniret.  
 68) Sunt nempe casus, in quibus traditio Moslimos jubet ad ea quae rogantur quaeque ab iis petuntur non respondere, sed silere. Minime vero silentium ei praescribitur viro, cuius filia in matrimonium petitur; ad talem enim petitionem, aut concedendo, aut recusando, respondendum est.  
 69) Vult poëta, vel complures jam ante ipsum fuisse, cui benigne amicitiam suam vir ille excellētissimus largitus esset, vel amicitiae illius sibi ipsi antea jam datas fuisse significationes.  
 70) I. e. repulsam quam tuli.  
 71) I. e. voti accepti.  
 72) Ego nullus dubito, quin pro <sup>أَنْجَحْنِي</sup>, quo <sup>رجِنْ</sup>, quod hic explicari non posse videtur, sit substituendum <sup>أَنْجَنْجِنِي</sup>, octava forma verbi <sup>رجِنْ</sup>, quo facto egregia erit <sup>أَعْتِبَسْتِي</sup> inter tergum vertere et consistere.

Pleiades multo mane ad occasum vergentes <sup>73</sup>, coruscaret fulgur earum et copiose manaret earum pluvia continua; perque duos articulos e margaritis et hyacinthis, quin potius per duos serpentes ex incantamentis Häruti et Māruti <sup>74</sup>: quando adspicis orationem solutam, dicis: si haec metro fuerint ligata, corruptentur; si vero inspicis ligatam, dicis: si haec metro fuerint soluta, elegantiae ejus, apto nexu carentes, peribunt <sup>75</sup>. At sane, si tu dirigis in me e facundiā hastam, in quā duae sunt cuspides, cujus utraque extremitas haud alia est, quam caput, cui insertum est ferrum acutum mortem inferens, cujusque utraque acies haud alia est, quam (acies) findens, quam contra constare non potest animus firmo ceteroquin proposito res peragere solitus; sique tu mihi opponis ex artis bene scribendi cohortibus et e compellationis turmis Tofailum ejus hujusque filium Amirum ductorem equorum ejus, et Abū-Barāum, lusorem cuspidum ejus <sup>76</sup>, et Abū-s-sahbāum, prehensorem ejus habenarum <sup>77</sup>, et Doraidum

73) Eam significationem verbi رُقْرُق hīc adhibendam esse putavi, quae in Lexico, utpote in Dīwane Hodhailitarum occurrens, memòratur, adeo ut Pleiadum sideri pluviam afferenti hic adscribantur oculi lacrymantes hūc illuc vibrati. Quod si minus placet, pro قَهْمَانَةَ رُقْرُقَهَا potes, et locum vertere quorum splendor si esset Pleiadibus cet.

74) De Haruto et Maruto cff. Korani Sura II. vs. 96 et autores citati a Silvestre de Sacy, Chrest. Ar. T. III. p. 142 ann. 13.

75) Significatur, quantopere Ibn-Khakan judicii acumine valereret, cum statim vidisset, utrum duorum orationis generum, sive ligatum sive solutum, singulis, quae epistola suā complexus esset, melius conveniret.

76) At-Tofailum et Abu-Baraum Amiram, Malici filios, virtute bellicā excelluisse eamque laudem cum fratribus suis habuisse communem, vel ex eo apparet, quod mater eorum أم البنين الاربعة appellari consuevisset, adeoque poëta Lebidus, filius Rabi'ae, Malici nepos, de suā familiā praedicare posset:

### (الجزء) نحن بنى أم البنين الاربعة

Cff. Rasmuss. Additam. p. ۲۹; de proelio autem ad Rahrahanum commisso, cui uterque horum heroum adfuit, et in quo Amiritae, ad quos illi pertinebant, victoriam reportarunt, ejusdem Hist. praec. Ar. Regn. p. 70. De Abu-Barao Amiro praeterea mentio fit l. l. p. 96, et imprimis in Additam. citt. p. ۲۹ ad ۳۱ et p. 27 ad 29, quorum locorum posteriore de cognomine ملاعِبُ الْأَسْنَةَ vel لاعب الْأَسْنَةَ ei tributo exponitur. Quantopere vero arte equestri et equitum copiis valuerit at-Tofaili filius Amirus, constat ex iis quae narrantur ibid., p. fv vs. 11 sqq., cuius loci initium, ita, ut nobis constituendum videtur, emendatum, adjunctā versione describemus:

وقد (عاصم ابن الطفيلي) على رسول الله و معه أزيدُ بن قيسن مع قوم من بنى عامر فقال يا محمد ان اسلبت ما (ثنا requiritur) لى قال رسول الله لك ما للمسلمين وعليك ما

ejus quod ad consilii prosperitatem <sup>78</sup>, et Zaidum ejus quod ad multitudinem jumentorum de ea, quibus insidetur quaeque a latere ducuntur <sup>79</sup>, in quam tandem tori-

عليهم قال لا الا ان تجعل لى الامر من بعدك قال فتجعل لى الوبي ولک (فقال ليس ذلك لقومك : فيقال ليس ذلك لـ Amir filius at-Tofaili) und cum Arbado Kaisi filio et catervā Amiritarum ad Legatum Dei, eumque rogavit: Si Islamismum amplexus fuero, quid commodi mihi inde redundabit? Eadem commoda, respondit propheta, eademque onera tibi erunt, quae caeteris Moslimis. Non amplectar, inquit Amir, nisi hac conditione ut imperium post mortem tuam mihi manedes. — [At tuae genti non competit]. — Ergo, inquit, ut me Nomadibus praeficias Arabibus, dum ipse oppidanis praeceas. — Minime! respondit propheta, verum habenas equorum tibi committam. Tum ille: (Aliquid dices), si jam non essent mihi. Quibus addidit: per Deum, o Mohanmad! sane terram (affixum φ referendum est ad الأرض, quod Amir in mente habebat) contra te implebo equitibus peditibusque, et ad unamquamque palmam equum alligabo.” Ceterum de Amiro et expeditionibus bellicis, quibus interfuit, artis equestris et virtutis bellicae dans specimen, cf. praeter Addit. cit. a p. ۱۷۶ ad ۱۸۰ loci in Hist. praec. Ar. Regn., p. 66 et p. 127 vs. 6 a f. sqq., p. 90 vs. 3 sqq., p. 96 ann. 4 et p. 121, Sacyi Chrestom. Ar. T. II. p. 475 et 476, itemque p. 534, et Hamakeri annot. ad Wakid. p. 147. In Hamasa pp. ۲۰۰ et ۳۰۰ reperiuntur versiculi huic heroī tributi.

77) Esse Abu-s-Sahbaum cognomen Bistami Ibn-Kais, de quo cf. supra iu p. 66 sq. annotatio 36 ad Caput Secundum, appareat ex Hamasa p. ۲۰۰ vs. ۱۰ et ۱۱ a f. et Haririi p. ۲۰۰ scholl. vss. ۱۰ et ۱۱. E Rasmusseni autem Additam. p. ۲۰۰ vs. ۹ ad ۱۱ appetet hunc unum suis e tribus illis viris, qui ab Arabibus pro equitum illius aetatis praestantissimis et fortissimis habiti fuerunt, et propterea خارس ربيعة suis appellatum.

78) De Doraido Ibno-s-Simma (دربن ابن الصمة), qui hoc loco significatur, cf. Hamaker ad Wakidaeum p. 77, Rasmusseni Hist. praec. Ar. Regn. p. 93 ad 95, Pococke l. c. p. 48 vs. 8 a f. Carmina ejus habentur in Hamasa p. ۲۰۰ ad ۲۱۰, p. ۲۱۰ ad ۲۲۰ et p. ۲۴۰ et ۲۵۰. Eum vero prudentiae militaris laude maximopere floruisse constat ex iis quae e Djannabio et Abulfada referuntur a Gagnierio in libri *La vie de Mahomet* T. II. p. 158 et p. 160 ab init.; ibidem vero a pag. 166 vs. 4 a f. ad p. 169 usque de ejus nece; iisque, quae proxime eam praecesserunt, exponitur.

79) De Zaido, qui زيد الخيل appellari solebat, cf. Hamaker ad Wakidaeum p. 146 et 147, et imprimis Rasmusseni Additam. p. ۲۰۰ ad ۲۱۰ et p. 22 ad 25, ubi etiam pag. nempe ۲۰۰ vs. ۱. de magno numero equorum ejus mentio fit. Praetuli vero lectionem Codicis Gothani ei, quam praec-

cam dirigis hastas tuas, et contra quodnam caput evaginas gladios tuos <sup>80</sup>? Num quemquam reperis, iquā ante te transeat in corporis specie emaciata, et spectet ad te ex oculo obtuso? num quidquam percipis, nisi costas carne carentes <sup>81</sup>, et lacrymas prae moerore (hominum), quod (tanto intervallo post te) remaneant, calidas <sup>82</sup>? Non nisi eo eventu, ut salutent (homines) praestantiam tuam ceteros omnes praevertentem, utque magnifico te honore prosequantur, tu paras vel levissimi intuitus adspectum e prosaica, quae tibi debeat, aut poetica compositione <sup>83</sup>, (adspectum, inquam) qui refrigerat ex intellectibus et imaginationibus omnem unctionem, si vel esset ex igne. Ibrāhīmī <sup>84</sup>, et ad quietem redigit <sup>85</sup> ex intelligentiis <sup>86</sup> et cogitationibus omnem

bent A. et B., quoniam haec sensum idoneum non praebere videretur. ﴿ل﴿ plane idem, quod  
aut ﴿م﴿ significat, teste Djauhario.

80) Proprie *partes latiores gladiorum tuorum*.

81) Ad literam haec verba quae sitae ambiguitas plenissima Latine commode reddi nequeunt.

Animadvertisendum enim est, auctorem ludere in duplice significatione pluralis ﴿صلوح﴾, qui et de *hominis costis* et de *terrae gibbosis tractibus* adhibetur. Jam vero primo adspectu putares, verba esse vertenda: *Num percipis quidquam, nisi loca montana ab incolis deserta*: si autem contextum consulis, vides reverā de *costis* sermonem esse debere, et *incolis earum* significari *carnem*, quā tectae quondam fuissent, quae vero jam a corporibus istis emaciatis paene evanuisse videretur. Porro observandum est, verbum ﴿ف﴾ etiam figurate de *muliere non carnosâ* adhiberi, et ﴿ف﴾ pluralem substantivi ﴿ف﴾ proprie eam vim habere, ut locus esset vertendus: *N. p. q. n. l. m. quae a parte incolarum (mutata sunt in) deserta i. e. quae ab incolis relicta deserta facta sunt*.

82) حِلْزَنْ per solitum formae usum est pluralis ab حِلْزَنْ *calidus*.

83) Similem comparationem supra vidimus: cf. ann. 18.

84) Vides ignem Ibrāhīmī hoc loco memoratum esse ignem fornacis illius, in quam, ut in Korāno refertur, Abrahamus, quoniam idola patris demolitus esset, fuit conjectus. Utrāque autem comparatione, tam eā quae his verbis continetur, ab ignis ardore desumitā, quam illā quae in proxime sequentibus occurrit, a venti flatibus petita, nihil aliud significatur, nisi vel felicissima ingenia, quaeque altissime se effarent, simulac partem levissimam operum Ibn-Khakanis cognitam haberent, agnoscere debere, se ad talem praestantiam adspirare minime posse, eaque, quae ante maxima iis laudi ducerentur, jam pro nihilo esse habenda.

85) Vides me hoc loco aliter edidisse, quam in utroque Codice legitur; neutrius enim lectio bonum sensum praebere videtur: de meā vero emendatione satis certum me esse posse puto. Quarta autem forma verbi كَلْ a Castello memorata Freytagii Lexico est addenda.

87) اَفْهَمَ ut pluralis & هِمْ, quod ut nomen *intellectum* significans in solo Castelli Lexico memoratur, operi Freytagii est addendum: cf. Grangeret de la Grange, *Anthol. Ar.* p. l.v vs. 4.

flatum, si vel esset ex vento vehementissimo. Hoc finitè<sup>87</sup>, et sermonem iterum injice de Harimo hujus temporis, qui elevat proposita virorum excellentium<sup>88</sup>, decore rerum mundanarum et religionis, principe celsissimo, Abū-Jahjā<sup>89</sup>. Juro vero per studia ejus gravissima et manus ejus magnificas, quae ornant monilibus pretiosis colla generosorum, et largiter spargunt torques pulcherrimos<sup>90</sup>: profecto explicuisti super illo vestem pulchrae compositionis, quam componendo impar erat ars Kossi et Sahbāni<sup>91</sup>.

87) I. e. noli tantis elegantiarum copiis me rursus petere, sed potius laudibus iterum ornna principem illum egregium, quem semel jam encomio celebrasti.

88) I.e. qui efficit, ut homines praestantissimi ad alta quaevis aspirare possint. Cf. locus similis al-Marracischii quem edidit Cl. Weijers supra p. 8 annot. vs. 1.

89) Appellatione *Harimus hujus temporis* significatur *judex justus et aequus*, qualis suo tempore erat Harim Ibn-Kotba (فَوْزُ أَبْنِ قَطْبَةَ), de quo viro cf. Rasmussen in Hist. pr. Ar. Regn. p. 90 ann. I. et in Additam. p. ff ad f<sup>4</sup>; item scholion ad *Haririum*, p. lvi, imprimis vero versiculi al-Aschae relati ibid. vs. 6 a f. sq. et Provy. Ar. edit. Freytag. p. 402 n. 172. Quod autem ad nominis ejus pronuntiationem attinet cf. Ham. p. lvi vs. 11 a f. sq. Verosimile est hic sermonem esse de rege, quem Conde per errorem appellat Muhamad ben Man (*Gesch. d. Herrs.*, etc. T. II. p. 175 vs. 10 a f.); "cujus autem nomen verum refert Ibn-Khakan ab initio capitinis, quo in primâ operis sui parte de eo agit, nempe المعتض بالله أبو يحيى معن ابن محمد بن صمادج. Hic enim princeps, cum anno demum 484, postquam per quadraginta annos regnum tenuerat (cf. Conde I. c. p. 176), diem supremum obierit, ut ex iis, quae Ibn-Khakan loco allato de eo refert, apparet, insignem literis operam navavit. Si igitur assumseris apud hunc principem Ibn Khakanem, cum epistolam, quam tractamus, ad eum scriberet Ibn-Abdunus, versatum fuisse, statuendum est auctorem nostrum, cum vel anno 535 vel, ut alia fert traditio, anno 529 interfectus sit, aetatem sexaginta saltem annorum attigisse, adeo ut ante annum 484 jam adeo ingenii laude florere potuerit, ut propterea a rege Almeriae hospitio exceptus et laute habitus fuerit cf. locus Ibn Khallicanis in Specimine Cl. Weijers, pagg. 6 et 7.

90) أطواق الحمام (*halskragen der duiven*) figurate dicitur de torquibus pulcherrimis. Hinc complura poëmata et scriptiones prosaicae elegantiores nomen tulerunt طوق الحمام.

91) De Sahbano cf. supra ann. I in p. 106; de Kosso vero cf. Prov. Ar. ed. Freytag. p. 189 sq. n. 139 et Prov. Meid. ed. Schultens p. 46 sq. n. 90, Pocockii Spec. H. A. p. 47 vs. 3 et 168 vs. 6, itemque scholion ad *Haririum* p. lvi. Quamvis vero نس pronuntiet Freytagius, ceteri auctores, quos citavi, omnes pronuntiant نس. Dhammā vocem instruēdam esse praecipitur etiam in Kamuso. Significatur autem hoc loco, Ibn-Khakanem Abu Jahja landes egregio quodam opere celebasse, quo, quasi splendidā, quā induitus esset, yeste, eximie esset ornatus. Hoc vero opus prosa oratione fuisse compositum, e comparatione cum Sahbano et Kosso, arte oratoriā imprimis claris, probibile fit.

Et sane ille melius etiam perspicit nobilem indolem convivarum<sup>92</sup>, quam Zarka Jamāmae<sup>93</sup> vidit exercitum Hassāni<sup>94</sup>. — Quod vero attinet ad istum, qui errat in lectione, et pervertit sensus scopusque, audacterque se opponit iis quae non intelligit; non erit rationum exactio, sicut susurrat musca. Si ille ita susurrat, ut ne passer quidem sibilo suo eum alternis vicibus velit excipere<sup>95</sup>, quomodo tandem ei respondebit rugitu suo leo praedam confringens<sup>96</sup>. — Nisi vero tempus inquinaretur<sup>97</sup> commemoratione ejus, aetasque contaminatur illis, quae in eo sunt turpia, et molesta, ostenderem tibi e futilibus ejus dictis et erroribus talia, quae vel mulieri liberis orbatae<sup>98</sup> risum moverent, quibusque uti possit al-Djāhidh ad caput de hominibus fatuis retrahendum supplendumque<sup>99</sup>. Missos fac camelos Imrao-l-kaisi<sup>100</sup>, neque amplius occuperis dictis inanibus. Adjungat Deus iterum

- 92) Vult: et sane, ne dubites te ab illo remuneratum iri tuamque praestantiam ab illo perspectam esse et agnitam: ille enim, si vir celeber ad eum venit conviva, melius etiam et facilius perspicit nobilem ejus indolem, quam etc.
- 93) De historiā, ad quam hoc loco respicitur, cf. scholion ad Haririum pag. 61<sup>f</sup>, Prov. Ar. ed. Freytag. p. 192 n. 145, et Meidanii Prov. ed. Schultens p. 32 ad 34 n. 57.
- 94) Significatio, quam hoc loco tertiae formae verbi نَابَ (mediā Waw) tribuendam esse putavi, commemoratur in Lexico Castelli.
- 95) Vult: quomodo tu tam misero homini, cui tantum praestas, quantum leo praestat muscae, respondebis? Cf. locus similis in Sacyi Chrest. Ar. T. I. p. Ivo vs. ult. Sine dubio spectatur hic certus aliquis vir, qui in Ibn-Khakanis stilum acriter invectus erat.
- 96) Significatio formae secundae verbi مُرِثَ sordibus inquinavit, dehonestavit, a Castello memorata, Freytagii Lexico est addenda.
- 97) Ideoque tristissimae et a risu alienissimae.
- 98) De Abu-Othmano Amro Ibn-Bahr, cognomine الْجَاهِدُ (protuberantes habens oculos) cf. Ibn-Khallican n. 517, d'Herbelot in v. Giahedh, et Silvestre de Sacy Chrest. Ar. T. III. p. 495 — 499 ann. 71, et Anthologie Grammaticale Arabe pag. 304 ann. 23 et pag. 461. Hunc igitur virum ex hoc loco appetet in quodam operum suorum peculiari capite de hominum satuorum stulte dictis vel factis exposuisse, quod vero relatione eorum, quae homo hic notatus temere effutisset, augeri posse existimabat Ibn-Abdunus.
- 99) الملك الصليل, Rex multum errans, est cognomen Imrao-l-kaisi, de quo cf. locus in vita Imrao-l-kaisi, ex كتاب الأغاني edita a Mac-Guckino Slanio, p. I vs. 15. Et hunc revera hic spectari, non dubitabis, collatis quae Freytag. ex Meidanii Comment. descripsit ad explicationem Prov. I. in p. 479. Nimimum hic sunt camelii Imrao-l-kaisi, qui ipsi furto abducti erant, quos cum restituere ei voluisset Khalidus aliquis, reliquos etiam camelos suos amicis. Hic ergo illud proverbium significat: missam fac nec cura amplius inanem istius viri jactationem, ne obloquendo pejorem etiam provokes sermonem. Caeterum carmen illud, cuius primum

Ibn-Abi-Solmam optimis inter gentem legis sua<sup>e</sup>: et vero enim ex ejus sapientia utilitatem percepunt majores eorumque posteri, et de illo clamavit lingua temporis, effectique ut (laudes ejus) audirent quotquot aures haberent: hunc autem dices nullum alium spectasse, quam istum hominem, quamvis alio, quam hoc (nóstro), tempore vixerit;

Quot fuerunt futilum verborum copiam proferentes, qui opinarentur se rem acu tangere, et (contra) quidquid ipsis in mentem veniret, eloquerentur,

Quibus exhibui patientiam, cum alios ab iis diversos honorarem, et a quibus me averti, cum cæteroquin loca, in quibus lethali vulnere affici potuissent, conspectui patarent<sup>101</sup>!

In regione vero, in qua tu versaris, (det Deus amplitudinem iis, qui opem ei ferunt eamque defendunt, et perpetuam reddat potentiam incolarum urbium et agrorum ejus), sint nobilitas antiqua et majores generosi<sup>102</sup>, studiaque humanitatis et disciplinarum scientia, cordaque (erecta) et intelligentiae, vallesque quas transeant divitiae et abundantia dulcem aquam offerentes<sup>103</sup>, et conciliabula, quae identidem theoria et praxis visitent<sup>104</sup>, ampla. Tibi denique sit salus Dei, quamdiu fulgeat stella et pluviam stillet nubes!

Magis, quam hoc Ibn-Khākānis capite, vita Ibn-Abdūni illustratur iis, quae de eo habet Abdolvāhidus al-Marrācischī tribus locis diversis, quorum primus statim excipit ea, quae ex illius auctoris opere in Capitis primi paragrapho primā, p. 6 sqq., edidimus.

versum Freytagius ex Meidazio descriptsit (male pro حديث edens, nam sensus est: at nuntium aliquem (mihi affer), nuntium de (reliquis) meis camelis), totum exstat in Diwano Imrao-l-Kaisi, edito a Slanio, p. ۲۴۰. Conf. etiam ibidem vitae ejus, modo commemoratae, p. ۱۷ vs. 4.

100) Vult: *det Deus nobis in te rursus virum ita agentem, ut Ibn-Abi-Solmam, quique ideo inter eos, qui fidelissime ea, quae Deus utpote justa et recta praescripsit, observant, optimo jure possit referri.* Versus hic citati non pertinent ad Zohairi Ibn-Abi-Solmiae Moallakam. In Hamasā vero, p. ۲۳۰ vs. 3 a f. ejusdem metri et Kafiae versus, Zohairum auctorem habens, assertur, qui fortasse ad idem carmen, atque ii, qui hic descripti sunt, pertinet.

101) I. e. cum facile fuisset eos ad silentium redigere et arrogantiam eorum reprimere, si occidere eos voluisse.

102) I. e. Per te in hac terrā vetus nobilitas rursus adsit, et generosi illi, quos veneramur, majores velut in vitam redierint!

103) عذاب pluralem esse formae singularis عذب, a Castello memoratur: quod Freytagii Lexico addendum est.

104) H. e. in quibus identidem disciplinae contemplative et practicae tractentur.

Reperitur autem Codicis 546 p. 71 vs. 3 a f. sqq., et sic sese habet

وفيهم يقول الوزير الكاتب الابرع ذو الوزارتين ابو محمد عبد المجيد بن عبدون  
من اهل مدينة يابرة قصيده بالغرا ، لا بل عقيلته العدرا ” التي اررت على الشعر ،  
وزادت على السحر ، وفعلت في الألباب فعل الخمر ” فجئت عن ان نساما ، وإنفقت  
من ان تصاحا ، فقل لها النظير ، وكثير اليها المشير ، وتساوي في تفصيلها . وتقديمها باقل  
وجسيم ” فلله هي من عقيلة خدر قربت بشهولتها حتى اطمعت ، وبعدت حتى عترت  
فامتنعت ” اوردتها في هذا المصنف وأن كان فيها طول مخرج عن الحد الذي رسنته  
مخلل بالتلخيص الذي شرطته ” لصحتها مبنيها ، ورشاقة الفاظها وجوده معانيها ” سلك فيها  
ابو محمد رحمة الله طريقة لم يسبق اليها ، وورد شريعة لم يزاحم عليها ” فلذلك قل مثلها  
لا بل عدم ، وعز نظيرها فما توقم ولا علم ” وهي

الدھر يفجع بعَدَ العَيْنِ بِالْأَثْرِ فَيَا الْبُكَاءَ عَلَىَ الْأَشْيَاهِ وَالصُّورِ

الى آخر القصيدة

وكان ابو محمد هذا يكتب للمتوكل على الله ونمط حاله معه وهو احد كتاب المغرب  
ومن جميع منهم فضيلتي الكتابة والشعر على انه مقلل من النظم لم يتثبت <sup>a</sup> له منه الا  
سيبدأ بالنسبة الى عزارة آذاته ونباهة قدره وسيم <sup>b</sup> من اختصار رسائله في موضعه من هذا  
الكتاب ما يدل على ما وصفنا به حکى عن نفسه رحمة الله انه كان بين يدي موتيبة وستة اذاك تلث عشر سنة فعن  
للموتيب ان قال

(الماجنت) الشعر خطبة خسبي <sup>c</sup>

وجعل يردد هذا القول قال الوزير ابو محمد رحمة الله فكتب في لوحى ماجنيزا له

لكل طالب عرف

ثم خطط لي بيت ثان <sup>d</sup> وهو

للشيخ عبيدة عبيب وللنقى طرف

a) In Cod. est <sup>بَيْتَبَتْ</sup>. b) In Cod. est <sup>خَسْبَنِي</sup>.

c) In Cod. ثانى.

d) In Cod.

صرف صرف.

قال فنظر إلى المودن وقال يا عبد العجيد ما الذي تكتب في بيته اللوج فلما رأه لطمنى وعرك أذننى وقال لا تشغلى بهذا وكتب البيتين عنده <sup>\*</sup>

ومن عزارة حفظه رحمة الله معاً حدث الوزير الأجل أبو بكر محمد بن الوزير أبي مروان عبد الملك بن أبي العلاء زهر بن عبد الملك بن زهر وكان أبو بكر قد مات عن سن غالبية نيف على الشهرين قيل بينما أنا قاعيد في دهليز دارنا وعندي رجال ناسخ أمرته أن يكتب لي كتاب الاشاني فاجاء الناسخ بالكريبيس التي كتبها فقلت له أيعنى الأصل الذي كتبته منه لقابل معك به قال ما أتيت به معنى فبینا أنا معه في ذلك أدخل الدلفيتو علينا رجل يدله شيئاً عليه ثياب غلبيطة اكتسرها هنوف وعلى رأسه خمامنة قد لاذ بها من غير اتقان لها فاحسنته لها رأيتها من بعض أهل البادية خسلم وقعد وقال لي يا بنى أستاذن لي على الوزير أبي مروان فقلت له هو نائم هذا وبعد أن تكلمت جوابه غالبة التخلف حملني على ذلك ثورة الصبي وما رأيت من خشونة هيئة الرجل ثم سكت عنى ساعة وقال ما هذا الكتاب الذي بآيديكما فقلت له ما سؤالك عنه فقال أحب أن أعرف اسمه فاني كنت أعرف اسماء الكتب فقلت هو كتاب الأغاثي فقال أى ابن بلغ الكاتب منه قلت بلغ موضوع كذا وجعلت أتحدث معه على طريق السخرية به والصاحب على قاتبه فقال وما لك كتاب لا يكتب قلت طلبت منه الأصل الذي يكتب منه لامارض به هذه الارواح فقال لم أجي به معى فقال يا بنى خذ كريبيك وعارض قلب بما ذا وأين الأصل قال كنت أحفظ هذا الكتاب في مدة صباغي قال فتبسمت من قوله فلما رأى تبسمى قال يا بنى أنت سك على قال فامسك على وجعل يقرأ فوالله إن أخطأ وأوا ولا فائلاً هكذا نحوا من كراسين ثم أخذت له في وسط السفر وأخره فرأيت حفظه في ذلك كله سواء داشتدى عاجبى وقدمت مسراً حتى دخلت على أبي فأخبرته بالخبر ووصفت له الرجل فقام كما هو من فورة وكان ملتفاً برداء ليس عليه قميص وخرج حاسراً الواس حافى القدمين لا يرتفع على نفسه وإن يديه وهو يُوسعنى لِمَّا حتي ترامسا على الرجل وعائقه وجعل يقبل راسه ويديه ويقول يا مولاي أَعْذُرْنِي فوالله ما أعلمك هذا التحالف إلا الساعة وجعل يُسبِّنى والرجل يخنقه عليه ويقول ما عرفنى وأبي يقول هبه ما عرفتك فيما عذر في خسن لادب ثم ادخله الدار واقرم

e) In Cod.

في مجلسه وخلال به فتحت شفها طويلا ثم خرج الرجل وأبى بين يديه حافيا حتى بلغ الباب دامر بذاته التي يركبها فأسرجت وحلف عليه أثير كيتها ثم لا ترجع اليه أبدا فلما انفضل قلت لأبى من هذا الرجل الذي عظمته هذا التعظيم قال لى أسكنك وباخوك هذا اديب الاندلس وأمامها وسيدها في علم الآداب هذا ابو محمد عبد العجاجيد بن عبدون ليس محفوظاته كتاب الأغانى وما حفظه في ذكاء خاطره وجودة قيادته سمعت هذه الحكاية من ابى يكر بن زعفر رحمة الله حين دخلت عليه وقد وحد عن مراكش لتجدد ويعنة امير المؤمنين ابى عبد الله محمد بن ابى يوسف في شهر سنت خمس وتسعين وخمسماة وانشدني ابو يكر المذكور في هذا التاريخ نفسه بعد ان سالنى عن اسمى وعن تسمى فتشتملت وانتسبت وتسنمى لى هو رحمة الله وانتسب من غير استدعا توأبغا منه وشرف نفس وتقدير خالق قدس الله روحه وسامحة

(البسيط) لاح المشيب على راسى فقلت له  
الشيب والعيوب لا والله ما اجتمعنا  
بما سياشى الكاس لا تعذل الى بها  
فقد هاجرنا السخامية والسميم معنا

وانشدنى رحمة الله وقال احفظ عنى

(البسيط) انى نظرت الى المرأة اذ جلست  
فانكرت مقلتي ا كلما رأيت  
رأيت فيها شبيجا لست اعرفه  
وكتبت اعرف فيها قبل ذاك فتا

في ذلك انشدنى لنفسه بالظاهر رحمة الله شعر كثير اجاد فى اكثراً وأمما المنشحات خاصة فهو الامام المقدم فيها وطريقته هي الغاية القصوى التي ياجرى كل من بعده اليها هو آخر العجاجيدين فى صناعتها ولولا ان العادة لم تجر بغير ابراد المنشحات فى الكتب العجاجدة المختلدة لاوردت له بعض ما بقى على خاطرى من ذلك

Quae verba Latine sic reddenda sunt:

Ac de illis canit Vezirus Scriba praestantissimus, utroque Veziratu ornatus<sup>105</sup>, Abū-Mohammad Abdolmadjid Ibn-Abdūn, ex incolis urbis Evorae, carmen suum illustre, quin potius illud appellem virginem nobilissimam intactam, quae in vituperium adduxit poēmata, et numerum auxit incantamentorum, et in hominum mentes eamdem habuit vim, quam vinum. Nimis vero illustre exstitit, quam ut de gloriā cum eo contendi posset, et designatum est, ut sui similia haberet. Pauca ei sunt paria, multi vero, qui illud (ut pulchritudinis exemplum) digito monstrant, atque aequales inter se sunt in praedicando excellentiam ejus primoque illud loco ponendo Bākilus et Djarirus<sup>106</sup>. Sane vero divina est illius praestantia<sup>107</sup>, talis cum sit generosa puella pone velum latens, quae, si prope quidem accedit facilitate suā usque dum cupidinem excitavit, mox longe se removet, adeo ut in eximio pretio habeatur, neque aditus ad ipsam pateat. Attuli illud poēma in hoc opere, quamvis eā sit longitudine, quae eos finēs, quos mihi scripsi, excedere cogat, adeo ut negligatur propter id ipsum conditio praecepua breviter tantum notandi, quam mihi posui, (idque feci) ob integratatem formarum ejus grammaticarum et stili, ejus elegantiam sensibus egregiis junctam. Incessit in eo Abū-Mohammad, cui Deus propitius sit, viā, quam nemo ante eum inierat, et accessit ad aquationis locum, ad quam (poētae ob magnum numerum) se invicem non presserant. Propterea pauca sunt carmina ei similia, quin potius desiderantur, et rara sunt ei aequalia, eaque exstare ne opinione quidem conceptum, nedum certo coghitum est. Sic vero sese habet:  
Fortuna affligit caet.

Erat autem hicce Abū-Mohammad Scriba al-Motawaccili alallāh, et elata fuit apud illum (regem) ejus conditio. Pertinebat ad Scribas illustres Occidentis, et quidem ad illud eorum genus, quod conjunxit utramque facultatem praestantem, scribendi (elegantia oratione prosa)<sup>108</sup> et carmina pangendi; ita tamen ut pauca tantum artis poēticas specimina ederet, ex quibus quidem nullum constat reverā eum haberet auctorem, quin (in illo. describendo) incipiatur a significatione illud profectum esse ab eximiā doctrinā.

105) De hoc honoris titulo cf. Cl. Weijers *Specim.* p. 60—62 in ann. I.

106) I. e. ballutiens pariter ac disertissimus. De Bakilo cf. scholia ad Haricium, p. 14., in quibus etiam, p. fol., de poētae Djariri Ibn-Ātijae (apud Ibn-Khalicanem n. 129 quoque commemora-  
ti), facundiā exponitur.

107) In phrasibus لَهُ شَفَاعَةٌ مِنْ رَجُلٍ, ille talis est vir, ut Dei esse videatur, et شَفَاعَةٌ مِنْ رَجُلٍ, hic talis est hortus ut Dei e. v., praepositio من idem valet, quod nostrum voor in wat voor een man is dat? aut Latinorum genitivus in dicto quid rei hoc est? Caeterum cf. notum illud Hebraeorum קָרְבָּן וְאֶלְעָגָדָה et similia, de quibus vide Gesenii Thesaurum in voce מִנְחָה.

108) Qualis nempe in eo requiritur, cui regis nomine epistolae et diplomata sunt scribenda.

ejus elegantis praestantiā ejusque dignitatis nobilitatē<sup>109)</sup>. Allegabuntur autem certae quaedam ex selectis ejus epistolis loco suo in hoc libro, quae ostendent verum esse id, quod de eo praedicavimus.

Fert traditio ex ipsius ore accepta, eum annos tredecim natum coram praceptorē suo sedisse, tum vero praceptorē in mentem venisse, ut diceret: Poësis est conditio jacturae. Quam sententiam eum saepius repetivisse. Tum scripsi (his fere verbis Vezīrus Abū-Mohammad rem narrare solebat), in tabulā meā, hemistichio, quod dixerat, alterum addens: Unicuique qui studet virtuti. Deinde in mentem mihi incidit alter versus hujusmodi:

Seni cophinus vitiositatis, at juveni vas elegantiæ<sup>110</sup>.

Tum ad me oculos convertebat praceptor, et dicebat: Quid scribis, Abdolmadjid? Ostendi ei tabulam, quam ut vidit, palmā passā genam meam percutiens, auremque perfricans, Ne hisce, ait, occuperis. At scripsit duos hosce versiculos penes se.

Ad ea autem, quae de excellenti illius memoriā relata sunt, pertinet hoc, quod narravit Vezīrus illustrissimus Abū-Bacr Mohammad, filius Vezīri Abū-Marwāni Abdolmalici filii Abū-l-Alāi Zohri filii Abdolmalici filii Zohri<sup>111</sup>. (Hic vero Abū-Bacr, cum moreretur, ad summam pervenerat senectutem, et plus quam octoginta annos vivebat). Haec sunt hujus viri verba: Cum aliquando in vestibulo domus nostrae, sedem et mecum esset scriptor librarius, jussi illum mihi exscribere librum Cantilenarum. Deinde ille attulit ad me folia quae descripserat. Tum ei dicebam: Ubi est exemplar, unde descriptsisti, ut unā collationem cum eo instituamus. Respondit: Non attuli. Cum autem in hisce essemus, intravit ad nos vestibulum vir squalido habitu, vestibus crassioribus maximā ex parte laneis induitus, tiaram capiti sine curā alligatam habens, adeo ut, cum eum viderem, putarem eum ad quamdam campestrium tribum pertinere. Ille vero nos salutavit et consedit. Tum mihi, Filiole, ait, pete mihi admissionem ad Vezīrum Abū-Marwānum. Ad quod ego: Dormit ille. Hoc autem ei respondi, postquam non sine maximo labore a memet ipso impetraveram, ut responsum ei darem, perductus ad talem contemnum pueritiae insipientis petulantia eoque quod videbam ex viri habitu horrido. Postquam vero ille per horam siluerat, dixit mihi: Qualis est hic liber, quem manibus vestris tenetis? Tum ego ad illum: Quid est, quod de eo quaeras? Respondit: Vellem titulum ejus cognitum habere: novi enim

109) I. e. *Carmina*, quae reverā constat illum habere auctorem, nemo unquam erit qui in meo ponat, quin commendationis causā magni hujus viri nomen praemittat.

110) Cff. quae de his versibus notavimus in annot. 46—48, supra p. 115,

111) Cf. supra annotatio 63 in p. 118.

nominā librōrum. Declaravi ei hunc esse Librum Cantilenarum. Ad quod ille: Ad quemnam ejus locum usque pervenit scriptor librarius? Indicavi ei locum, et coepi cum eo confabulari eum ludibrio habens ejusque habitum ridens. Ille vero, Quid, ait, impedit scriptorem tuum, quominus scribat? . Dixi: Petii ab eo exemplum quod describit, ut haec foia cum eo conferrem; at mihi indicavit se illud non attulisse. Tum ille, Sume, inquit, filiole, chartas tuas et confer. At ego: Quocum conferam? ubi est exemplum? Respondit: Puer hunc librum memoriter edidici. Ad hoc ejus dictum subridebam, quod ut vidi, Filiole, ait, contine te erga me. Ego me continui. Tum coepit recitare, et, per Deum, ne in unā quidem Wāw vel Phā erravit <sup>112</sup>. Ita perrexit recitare circiter duas chartarum partes. Tum recitandos indicavi illi locos in medio et fine libri extantes <sup>113</sup>, et vidi eum haec omnia aequē bene memoria tenere, quod maximam mihi movit admirationem. Surrexi igitur festinanter accurrens ad patrem meum; ad quem ut intravi, narrabam ei rem et describebam ei virum. Ille vero ex templo surrexit ita ut erat, pallio involutus, sine tunica, et exiit nudo capite, discalceatis pedibus, commodo suo non consulens <sup>114</sup>, meque interim ipsi praeēuntem opprobriis cumulans, donec coram illo viro se projecit illūmque amplexatus est, coepit que illius caput manusque osculari, haec dicens: Excusatum me habe, domine! per Deum! non certiorem me fecit hicce nullius frugis filius (te hic esse), nisi hoc ipso momento. Tum coepit me conviciis petere, cum vir ille eum exhortaretur ut mitioribus verbis uteretur <sup>115</sup>, dicens: Non noverat me. At pater meus respondit: Concede eum te non cognovisse; quid tamen ad eum excusandum potest afferri, si spectas decentem legum urbanitatis observationem (quam violavit). Dein in domum eum introduxit, et sedem ampliorem ei dedit, et soli arbitris remotis unā remanserunt, et per longum tempus confabulati sunt. Tandem vero exiit vir, patre mēo ei praeēunte (adhuc) discalceato, donec ad portam perveniret. Tum jussit equum suum; quo ipse vehi solebat, stragulo

112) Haec ita intelligenda: Facile potest quis in eo errare, ut <sup>و</sup> copulativam positam pūet ubi tamen <sup>ف</sup> scripta sit, vel vice versā <sup>ف</sup> pro <sup>و</sup> memoriae vitio substituat, cum non satis certae regulae dentur, quibus omnibus locis definiri possit, alterutra harum copularum requiratur. Hic vero vir ne in his quidem erravit.

113) In phrasi <sup>لہ</sup> hic accusativus supplendus est: proprio significat sumisi illi librum in hoc illove loco (ik nam het boek voor hem op): sic dicunt etiam <sup>عليه</sup> الكتاب <sup>لہ</sup> الكتاب: sic dicunt etiam hij overhoorde hem het boek. Cf. Hamasa p. ۴. vs. 2 a f; sq.

114) <sup>لہ</sup> يُفْقَدُ عَلَى نَفْسِهِ simliciter significat: dum sibi met ipsi non facilis, lenis, erat; h. e. non incedebat commodo suo, sed quantum maxime poterat se urgebat.

115) Proprie, cum vir iste ei diceret: خَصْنَى عَلَيْكَ الْقَوْلُ.

instrui; quod ut factum erat, virum obsecratus est, ut eum descendere vellet, nec deinde (equus illè) unquam ad se rediret, (sed in illius possessione maneret). Postquam igitur discesserat, rogavi patrem: Quis est hicce vir, cui tantum habuisti honorem? Tum respondit: Tace, vae tibi: hic est vir elegantissimus Hispaniae, et illius antistes princepsque in doctrinā humanitatis: hic est Abū-Mohammad Abdolmadjid Ibn-Abdān: minima pars eorum, quae mēmoriā complēctitur, est Liber Cantilenarum. Quid autem est ejus memoriae capacitas; si eam comparas cum mentis ejus acūmine et ingenii praestantiā?

Hanc traditionem ipse accepi ab Abū-Bacro Zehri filio, cui Deus propitius sit, cum eum viserem, postquam Marochio veherat, ut renovaret inaugurationem Imperatoris Fidelium Abū-Abdillāhi Mohammadiis Ibn-Abi-Jūsif, quodam mensium anni quingentesimi nonagesimi quinti <sup>116</sup>. Recitavit autem mihi Vezirus memoratus Abū-Bacrūs hoc ipso

- 116) Cum e relatione Condei, T. II p. 417 vs. 14 sqq., tantum appareat, hunc Mohammadem, antequam post patris mortem anno 595 Imperator Fidelium salutaretur, jam eo adhuc vivente solenniter fuisse inauguratum, de anno etiam quo prior haec inauguration locum habuerit, certiores nos reddit al-Marracischi, qui p. 321, in initio Capitis, quo de principe hic commemorato agit, hacc habet: أبو عبد الله هذا هو محمد بن يعقوب بن يوسف بن عبد: الموسى بن على أمّة أم ولد اسمها زقر رومية بُويع له بعهد أبيه إليه في سنة خمس وسبعين وخمس مائة بعد وفاة أبيه وقد كان أبوه أباً سنت وثمانين وستة آذاك عشر سنين لا شهراً وكان مولده في آخر سنة سنت وسبعين وخمس مائة ولم يزل مرسخاً (مرشحاً). للخلافة معروضاً بها إلى أن مات أبوه واستقل بالامر في التاريخ المذكور وسنة يوم بُويع له البيعة الكبرى العامة سبع عشرة سنة وأشهر وكانت وفاته عشرين خلون من شعبان سنة عشر وستمائة. Abu-Abdillah hicce est Mohammad ibn-Jakub ibn-Jusof ibn-Abdilmuman ibn-Ali; mater vero ejus fuit serva concubina, cuius nomen erat Zahar, genere Graeca. (Haec nullo modo videntur in concordiam redigi posse cum iis, quae leguntur apud Condeum l. l. p. 416 vs. 2 a f. sqq.) *Inauguratus est, a patre tum mortuo regni haeres institutus, anno 595, postquam idem ille jam jusserrat inaugurationem ejus anno 586, cum anno aetatis ejus decimo aliquot tantum menses deessent: erat enim natus anno 575 extremo. Negue desiit ad Khalifatum gerendum educari atque ut successor in hanc dignitatem designatus notus esse, donec mortuus est pater ejus, et solus rerum potitus est anno jam memorato: erat autem aetas ejus die, quo haec inauguratione majore universali inauguratus est, septendecim annorum et nonnullorum mensium. Mortuus vero est, cum praeteriissent decem dies mensis Scha'bani anni 650 (cf. Conde l. l. p. 433).* Optimo igitur jure auctor hic de inaugurationis renovatione loquitur. — Jam vero, si locum quem jam tractamus cum illo,

tempore versus quosdam à se compositos, postquam ejus rogatu nomen meum et stemma meum ei significaveram, atque ille ipse, cui Deus propitius sit, nomen suum et a quibus majoribus originem duceret, mihi quoque declaraverat, absque ut hoc (a me) requireretur, faciens id per τυγκατάβασιν quamdam suam et obsecutus animi generositati indolisque probitati. [Deus animum ejus ut sanctum habeat et benigne cum eo agat!] (Sunt autem versiculi isti hujusmodi:)

Apparuit cana senectus in capite meo; ego vero ei dixi:

Canities et vitium non, per Deum! illud est quod (hic) unā convénit <sup>117</sup>

O tu qui bibendum porrigit poculum, ne illud mihi apportes:

Disjunxi me enim simul a vino et a propinquuo <sup>118</sup>.

Ac recitavit mihi idem ille vir, eujus Deus misereatur (Abū-Bacr ibn-Zohr), addens: Haec a me memoria tua accipe:

Oculos adverti ad speculum, cum politum esset, abnegaruntque oculi mei omne quod videbant:

Vidi in eo virum corrugatum, quem non notum habebam, et neveram antea in eo juvenem <sup>119</sup>.

quem supra edidit Cl. Weijers in annot. a p. 15 vs. 4 a f. ad p. 16 vs. 43 a f., apparet, Marracischium tempore, quo Mohammad solenniter secundâ vice Khalifa salutatus fuerit, quatuordecim annos natum fuisse; illud autem vitae spatium, quod ab anno aetatis ejus nono ad vicesimum secundum effluxit, modo Fezzae, ubi literis fuerit eruditus, modo in urbe natali Marochio versantem transegisse, ideoque statuendum esse, Abu-Bacrum Zohri filium, quem Marochio ad illum locum, ubi tum ipse versaretur, venisse scribit, Fezzae ab illo fuisse visitatum. Vides praeterea ex iis, quae narrantur a Condeo l. c. p. 417 vs. 17 a f. sqq., Khalifam, cum pater die 22º prioris Rabi'i anni 595 esset mortuus et ipse paulo post inauguratus, initio Djomadae Fezzam esse profectum, ubi ad ultimum diem Jovis ejusdem mensis commoratus fuerit. Alterutrum igitur statuendum, aut Abu-Bacrum tum Khalifam cum aliis qui ad aulam ejus pertinerent viris principibus comitatum, aut antea jam Fezzam missum fuisse, ut incolae hujus urbis promissa obedientiae et fidei, quas Mohammadi ibn-Jakubi praestare vellent, ipsi ut legato illius iterarent. Imprimis huic sententiae favet, quod verbum لَدْ, hoc loco adhibitum, fere semper de adventu legati usurpatum solet.

117) اجْتَمَعَ est pro in fine versūs. Vult, si jam senectus in se conspiaciatur, hanc certe senectutem esse vitiorum labe non contaminatam.

118) Vult, sicut a familiâ et propinquis disjunctus ibi degret, ita etiam a vini usu destitisse.

119) Vides ex hoc loco, vocem حِبْنَةً, de qua an existat dubitat Freytagius, in usu esse.

Hí sunt versus, quos ab ipso compositos suo mihi ore recitavit. Exstant vero multa illius carmina, in quorum plerisque eximium poëtam se praestitit. Quod vero peculiariter ad illud eorum genus attinet, quod *balteo instructorum*<sup>120</sup> nomine appellatur, in his est antistes caeteros praecedens, et via, quā ille incessit, est terminus extremus, ad quem contendunt omnes qui eum secuti sunt, ultimusque est ille inter eos; qui in arte eorum componendorum excelluerunt<sup>121</sup>; ac nisi obstaret, moris non esse afferre *carmina balteo instructa* in libris cōcio compactis perduraturis, afferrem ex iis nonnulla quae mente adhuc retineo.

Alter locus reperitur p. 160 vs. 2:

شم كتب له (لامير المسلمين يوسف بن تاشفين) أو لابنته بعد أبي بكر هذا (المعروف يابن القصيرة) الوزير الأجل أبو محمد عبد الماجيد ابن عبدون قد تقدم من تأته ما أغنناه عن تكرارها هاهنا وكان يكتب قبل من يكتب له منها لامير سير بن أبي بكر بن تاشفين وهو الذي دخل على المعتمد على الله اشبيلية فلم يزل يكتب له إلى أن اتصل بامير المسلمين باستديعه منه له فمن رسائله عنه إلى أمير المسلمين رسالة يخبر فيها بفتح مدينة شنترين أعادها الله وكان سير هذا هو الذي قوى فتحها فكتب عنه أبو محمد كتباً إدام الله أمر أمير المسلمين وناصر الدين أبي الحسن على بن يوسف بن تاشفين خاتمة بقصة الدين أعلامه، نافذة في السبعة الأقاليم إقلاعه، من داخل مدينة شنترين وقد فتحها الله تعالى بحسن سيرتك وسم نفسك على المسلمين، والحمد لله رب العالمين، حمداً يستغرق و الالف الشارحة معناه، ويسبق الالحاظ الطامحة أدناه، لا يردد وجهه نكوص، ولا يحيط كنهه تحصيص h، ولا يختبره بقبض ولا يبسط مثال ولا تخمين، ولا تختبره بخط ولا بعقد شمال ولا يمتن، ولا يسعه أحد يخويفه، ولا يقطعه أحد يستوفيه، ولا يجتمعه عدد يخصيه، اذا سبقت هؤاله، لحقت تواليه، وعلى محمد عبد وامين وحبيبه الصادع بامر وتهيبة،

120) Cf. Freytagii *Darstellung der Arabischen Verskunst*, p. 421 seqq.

121) Cum lectio Codicis commodum sensum non pracheret, eam emendare necessarium esse existimavi.

نظام الأُمّة ، وأمام الأئمّة ، سرّ ادم من بنبيه ، وناخر العالم ومن فبيه ” صلاة تامة  
تفصيبيها ، وناحية عامة نوبيها ”، ترفض أرفضاص الراهر من كمامها ، وتتفصّ انفضاص المسك من  
ختامها ”، فلقد صدح بتتوحيدك ، وأجمع ” على وعد ووعيده ”، وأوضج الحق وجلاه ”، وتضجع  
الخلف وهذا ”، الا من حفظت عليه كلمة العذاب ، وسبقت له الشفقة في ام الكتاب ”، واظهر  
العزيز عزت اسماؤه ، وجلت كبارياؤه ”، دينه على جميع الاديان ” على زعم من الصليبان ”،  
ووهم k من الاوثان ”، وانحرز لينا تعالى وعده ”، وقضينا معه صلى الله عليه وسلم وبعده ”،  
وجمع في هذه الجزيرة شمل الاسلام بعد انصاصمه وانتصاته ”، وقطع غيلان الاشتراك m بعده  
انتظامه ” ونباته ”، ونزل الذين كفروا من اهل الكتاب بآيدينا من صياديهم ”، نأخذ باقدامهم  
ونواصيهم ”، وكانت قلعة شترلين ” ادم الله ام امير المسلمين ” من احسن المعامل للمشركين ”،  
واثبتت المعماقده على المسلمين ”، قلم نزل يسعيك الذي انتفيينا ”، وهديك الذي  
اكتفيينا ”، تتحصل شوكتها ”، وتناحت انتتها ”، وتناولتها عللاً بعد تهل ”، ونظاولها عاجلاً  
في مهل ”، وناخرف الحسين بعد الحسين سراة رجالها ”، وننطوف المرء بعد المرء حماة ابطالها ”،  
ونخوض غمار كفاحهم ، وبخاره صفاهم ”، الى يتسط اشباحهم ”، وقبض اراوحهم ”، ونهدي  
للقنا وصدورها رؤسهم ”، والى لطى وسعيرها نفوسهم ”، وبنقلهم p من الشفار اليمانية ”، الى  
النار الحامية ”، ورفع بالاجد والتتشمير q حاجب تيبدهم الغامض ”، ونضع باستخارة القديم  
القديم هصاب aيدهم الهائض ”، ولما رأينا هذه القلعة الشريقة المناسب فى القلاع ، المنية  
المناسب على البقاء ”، فد استشرى داروها ، واعيا دواتها ”، استخرتنا الله تعالى على ضمدها ،  
وصرعنا اليه فى تسهيل قصدها ”، وسألناه ان لا يكلنا الى نفوسنا ”، وان كانت فى  
صيانته ديانته مبدولة ”، وعلى المكره والمأحبوب فى ذاته محمله ”، فقصدنا اليها ،  
وهجينا هاجوم الردى عليها ”، فى وقت انسدت فيه ابواب السبيل ”، واعيت اهلها بخول  
الله وجوة الحبيب ”، والدهر قد كثر عن انيابه العضل ”، وقام من التوحول والسيول على اثبات  
يرجل ”، فنزلنا بساحة القوم ”، فسأء صباحهم ذلك اليوم ”، قلم نزل نصاولهم مصاولة الماخطب

a) الاشتراك In Cod. ميل m) In Cod. سرّ i) In Cod. ووهم l) In Cod.

b) انتصاته o) In Cod. ظ n) A primâ manu in Cod. scriptum fuit ; récentior pro posuit .

c) ونانحاز p) In Cod. وبنقلهم q) In Cod. وانشمير .

الموتاجر ٤ وظاظاولهم مطاؤلة المرتقب ٥ لامر الله المنتظر ٦ ونشين الغارات ٧ على جميع الجهات ٨ فترد جيوشنا عليهم خفافاً وتصدر علينا تقللاً قتلاً صدور الاعداء اوجلاً ٩ وليدي الاولياء امولاً ١٠ وامروا باقامة سوق سببهم واموالهم ١١ على مرأى ومسنع من نسائهم ورجالهم ١٢ فارادت رياحهم بذلك ركوداً ١٣ ونازهم خموداً ١٤ ولما ضمهم لصيق ولاجة الحصار ١٥ وغضبيهم بتغريق امواجه البوار ١٦ واحاط بهم البلا ١٧ واستنشاط عليهم بغضب الجبار القضا ١٨ ولم يكن للليل بأسائهم ساحر يتأمل ١٩ ولا ليون ضرائم صدر يوماً ٢٠ اختاروا الدنيا على المنية ٢١ ورضوا بالاستسلام للعبودية ٢٢ وأسلام الاهل والذرية ٢٣ والسلامة من مدارج الكفن ٢٤ وموالج الجبن ٢٥ ولو ب مجرية الدفن ٢٦ وكان القتل كما قدمنا قد اتقى على صيد اعيانهم ٢٧ وصناديد شراستهم ٢٨ فلم تتفق الا شرذمة قليلة ٢٩ وعصبة ذليلة ٣٠ لا تصر حيائهم موحداً ٣١ ولا تسرب نجاتهم ملحداً ٣٢ نقلناهم من يمين المئون ٣٣ الى شمال الهون ٣٤ ومن اليم الحصار الى لثيم الاسار ٣٥ وكانوا سألونا لا يقناه عليهم فاجبناهم ٣٦ بعد ان قدمو من الخصوع صدقة بين يدي تجواهم ٣٧ ووهبنا اولاهم لآخرهم ٣٨ وجعلنا العقوبة لهم تطريقاً لسوائهم ٣٩ ممّن يتغيل منيعهم اذا نحن عدنا باذن الله حاصروهم ٤٠ وهذه الفلغة التي انتهينا الى قرارها ٤١ واستولينا على اقطارها ٤٢ ارحب المدن أمداً ٤٣ للعيون واخصبها يلدنا ٤٤ في السنين لا يرميها الخطوب ولا ينخطاها ٤٥ ولا يرميها التجدب ولا يتعاطها ٤٦ فروتها فوق التربا شامخة ٤٧ وعروقها تاخت الشري راسخة ٤٨ تباهى بازهارها نجوم السماء ٤٩ وتناجي بأشهارها أدن الجوزاً ٥٠ مواقع القطار في سواها مغيرة مريدة وهي زاهره ترقى ٥١ اندادها ٥٢ ومطالع الانوار في حاشاها مقشرة مسودة وهي ظاهرة تشف اصواتها ٥٣ وكانت في الزمن الغابر ٥٤ اعيت على عظيم القياس ٥٥ فنارها تباشوا من القطر عدداً ٥٦ وحاولها باوفر من المحر مددداً ٥٧ فانبت على طاعته كل الابا ٥٨ واستعصت على استطاعته اشد الاستعضا ٥٩ ومردت مترون ٦٠ مارد على الزباء ٦١ فامكنتنا الله تعالى من ذرتها ٦٢ وانزل رتابتها لنا عن ضمورتها ٦٣

ومن رسائله الاخوانيات رسالة كتب بها الى ابي عبد الله محمد بن ابي الحصار يخطب موته ٦٤ ويستدعي من اخاته جدته ٦٥ انا مع عمادي الاعظم ادام الله

r) In Cod. In Cod. t) In Cod. u) In Cod. صمودتها محدثاً مورداً

v) In Cod. w) Reperitur haec epistola etiam in Cod 415, a p. 55 a vs. 7 ad p. 55 b-vs. 7.

علوة كغريب طواه الجهد ، وأواه<sup>x</sup> من تهامة وفَدَ ، وما لَه برياحها العقيم<sup>y</sup> ولا يأخذ<sup>z</sup>ها المُقعد المُقيم عَهْدَ ، فرمي<sup>a</sup> لا به من سرابها المُغريق وشرابها المُحْرِق فـى حمام ، فاشتهر<sup>b</sup> من ذلك الجحيم وضئمه لولا تنفيسيُّ الرحيم عنه بكرمه على الحمام ، فوَلَى رِيقٍ<sup>c</sup> من ربها ، وسأله جبار فاران عن مهبت حبها<sup>d</sup> ليلتقط من انفاسها بوساطة ناجد ، يَرِدَا يُهديه<sup>e</sup> إلى حر الوجود ، فاحتىته بليل ، من نسيمها العليل ، فاحتىته بعد التعليل<sup>f</sup> ، وإنما ما قصدت<sup>g</sup> فيما خطبت به اليك لأخذ عليك بفضل<sup>h</sup> الافتدا ، وإنما سلكت سبيل<sup>i</sup> الافتدا ، واتبعـت دليلـا الافتدا<sup>j</sup> ، واردـت أن استـنـيـ باصـوـاتـك<sup>k</sup> ، واستـبـيرـ من سـلـائـك<sup>l</sup> ، فـاجـومـاـ تـهـدـيـنـيـ فـىـ غـسـقاـ الـظـلـامـ ، او رـجـومـاـ تـعـدـيـنـيـ عـلـىـ مـسـتـرـقـ سـمـعـ الـكـلـامـ<sup>m</sup> ، فـانـ سـمـحـ عـيـادـيـ بالـجـوابـ وـرـجـعـهـ ، غالـظـتـ<sup>n</sup> بـمـاـ حـصـلـ مـنـهـ لـدـىـ وـصـلـ إـلـىـ الـحـمـامـ فـىـ سـاجـعـهـ<sup>o</sup> ، والـاتـصـارـ فـىـ حـسـانـهاـ ، والـاعـصـارـ فـىـ نـيـسانـهاـ<sup>p</sup> ، وـطـيـئـاـ فـىـ وـلـيدـهاـ وـحـبـيـهـاـ ، وـسـعـداـ فـىـ خـالـدـهاـ وـشـبـيـهـاـ<sup>q</sup> ، وـخـرـقـتـ بما اعـارـ منـ مـرـاجـ ، وـأـثـارـ مـنـ اـرـتـياـجـ<sup>r</sup> ، جـيـبـ مـاخـارـفـ طـيـاـ ، وـلـمـ أـدـعـ لـبـىـ الـعـاهـيـةـ فـىـ تـقـيـلـهـ المـغـرـبـ<sup>s</sup> ، وـخـفـيـقـهـ الـمـطـرـبـ اـرـيـاـ<sup>t</sup> ، وـطـوـيـتـ كـشـخـاـ عـنـ اـغـارـيـدـ عـيـيدـ ، وـاضـرـبـتـ صـفـحـاـ هـنـ اـنـشـيـدـ تـبـيـدـ<sup>u</sup> ، وـطـالـبـتـ بـلـغـاءـ الـعـصـرـ ، بـالـمـذـلـ المـضـرـوبـ فـىـ جـمـلـ مـصـرـ<sup>v</sup> ، وـقـلـتـ هـذـهـ الـقـارـةـ فـرـأـمـوـهـاـ وـأـنـصـفـوـاـ ، وـهـذـهـ الـغاـيـةـ فـرـمـوـهـاـ اوـ نـصـفـوـهـاـ<sup>w</sup> ، وـأـنـ كـانـ تـوـمـ الـبـواـهـ ماـ اـنـجـلـتـ فـيـ دـرـجـنـ<sup>x</sup> ، فـاجـومـهـ الـزـاهـرـ ماـ حـلـتـ فـيـ بـرـجـىـ<sup>y</sup> ، وـأـنـ كـفـىـ مـنـ جـنـاـ ثـمـارـ لـضـفـرـ ، وـأـنـ كـفـىـ مـنـ بـسـنـاـ اـقـمارـاـ الـقـفـمـ<sup>z</sup> ، وـأـنـىـ بـصـنـهـ عـلـىـ بـدـرـةـ مـنـ بـحـرـ ، اوـ نـفـتـةـ مـنـ سـحـرـ<sup>aa</sup> ، لـبـينـ ظـيـئـنـ ، لـمـ أـحـصـلـ مـنـ تـحـقـيقـهـماـ<sup>bb</sup> مـتـعـهـ<sup>cc</sup> عـلـىـ أـثـرـ وـلـأـعـيـنـ<sup>dd</sup> ، اـحـدـهـاـ قـلـتـ أـنـهـ أـجـرـىـ اـسـمـىـ عـلـىـ خـلـدـ<sup>ee</sup> ، فـلـمـ يـأـجـدـنـىـ فـىـ اـنـدـادـ<sup>ff</sup> وـلـأـلـدـدـ<sup>gg</sup> ، فـقـالـ وـمـاـ اـنـاـ وـفـلـانـ وـهـلـ هـوـ لـاـ مـنـ الـعـربـ<sup>hh</sup> ، وـأـنـ كـانـ بـرـعـمـهـ فـىـ الصـبـيمـ مـنـ الـعـربـ<sup>ii</sup> ، وـهـلـ الـغـوبـ فـىـ الـاقـطـارـ ، لـاـ كـالـلـحـفـ بـيـنـ الـإـسـطـارـ<sup>jj</sup> ، وـالـآـخـرـ رـيـماـ يـقـولـ<sup>kk</sup> ماـ لـأـنـقـلـهـ الـعـقـولـ<sup>ll</sup> ، أـتـىـ لـأـنـظـرـ مـنـ فـلـانـ باـحـدـ مـنـ نـظـرـ الـزـرـقـاـ ، إـلـىـ اـجـلـ مـنـ خـطـرـ الـعـنـقـاـ<sup>mm</sup> ، وـيـنـشـدـ قـوـلـ أـبـىـ الـعـلـاءـ بـنـ سـلـيـمانـ<sup>nn</sup> ، شـاعـرـ مـعـرـةـ النـعـمانـ<sup>oo</sup>

x) Cod. 415. y) Sic in Cod. 415; in Cod. 546 habetur. z) Haec 2 vocabula in Cod. 546 non habentur: addidi ea e Cod. 415. a) Cod. 415 +. b) Cod. 546 +. في Cod. 546 non habentur: addidi ea e Cod. 415. a) Cod. 415 +. b) Cod. 546 +.

الغرب: Cod. 415; Cod. 546 habet. c) Sic in Cod. 415; Cod. 546 habet. d) Cod. 415 عالظن: Cod. 415; Cod. 546 habet. e) Pro hoc vocab. Cod. 415. f) Sic Cod. 546; Cod. 415 من لخصته Cod. 415. g) Addit hoc vocab. Cod. 415; — Cod. 546; —

عصفوا: Cod. 415. h) Sic Cod. 546; Cod. 415. i) Addit hoc vocab. Cod. 415; — Cod. 546; —

(الواقر) أرى العنقاءِ تُكْبِرُ أَنْ تُصَادِ

وأنا أُقْسِمُ بالريبع المُسْتَطِرِ وَاختلاف أَوْانِهِ ، والبيقِعِ الْمُزَهَّرِ وَاختلاف الْوَانِهِ ” والشَّبابِ وَدُولَتِهِ ، والمُضْرَابِ وَصَوْلَتِهِ ” ، والمُثَانِي إِذَا تُسْقَنَتْ h ، والقُنَانِيَّةِ مَا يَسْقَنُهُ ” وإنْ أَقْسَمْتُ مِنْ بَعْضِهَا بِيمَنِينَ ، لَا اتَّلَقَنِي رَأَيْتُهَا بِشَمَالِ لَا يَمِينَ ” إنْ أَسْمَى فِي الْبَلْغَاتِ وَالْفَهَمَآءِ ” كَاسْمُ الْعَنْقَاءِ فِي الْأَسْمَاءِ ” أَسْمَ مَا وَقَعَ عَلَى مَسْمَى ، وَلَفَظُ مَا دَلَّ عَلَى مَعْنَى ” شَاهِينَ أَقْعَنْ مَمَّا تَرَيَدَ ” وَكَثَابِي بَيْنَ يَنْدِي حَمْدَى أَوْ عَتَابِي بِمَرِيدَ ” يَنْفَضُّ تَهَائِمَ طَبَوْنَى ” وَيَنْفَضُّ تَهَائِمَ جَنَوْنَى ” وَلَهُ الرَّأْيُ الْعَالِيُّ فِي الْجَوَابِ ” عَلَى خَطَطِهِ كَنْتُ مِنْ طَنَى أَوْ صَوَابَ ” إنْ شَاءَ اللَّهُ عَزَّ وَجَلَّ وَمَنْ سَلَمَى ” عَلَى عِمَادِ الْأَعْظَمِ وَأَمَانِي ” أَحْفَلَهُ وَاحْفَدَهُ ” ، وَاجْزِلَهُ وَاقْدَهُ ” ، وَاللَّمُ الْأَتْمَ الْأَعْمَ عَلَيْهِ وَرَحْمَةُ اللَّهِ وَبِرْكَاتُهُ ” فَرَاجَعَهُ الْوَزِيرُ أَبُو عَبْدِ اللَّهِ بِرِسَالَةٍ لَمْ يُكْتَبْ مِثْلُهَا فِي بَابِهَا أَبْدَعَ فِيهَا غَايَةَ الْابْدَاعِ وَإِنْ كَانَ فِيهَا بَعْضُ تَكْلِيفٍ تَسْمَى هَذِهِ الْمَرْسَالَةُ التَّحْوِيلِيَّةُ مَعْنَى مِنْ أَيْمَادِهَا فِي هَذَا الْمَرْسُومِ مَا فِيهَا مِنَ الطَّوْلِ وَلَا مِنْ مَحْمِدِ عَبْدِ الْمَاجِيْدِ الْمَذْكُورِ الْحَسِيَّانِ قَدْ اشْتَهَرَ عِنْدَنَا بِتَلْكَ الْاقْتَارِ شَهْرَةُ الْأَمْنَالِ ” وَسَارَ ذَكْرُهُ فِيهَا سَيِّرُ الْجَنُوبِ وَالشَّمَالِ ”

*Qui locus sic vertendus est:*

Deinde Scribae loco ei (Jūsofo ibn-Tāschifin) aut filio ejus ad manum fuit post hunc-  
ce Abū-Bacrum <sup>122</sup> Vezirus illustrissimus Abū-Mohammad Abdolmadjid ibn-Abdūn, qui qualis fuerit, in praecedentibus jam satis indicatum est, adeo ut opus non sit ibi dicta hīc repetere. Antequam vero apud alterutrum eorum Principum hoc munere fun-  
geretur, Scriba erat Siri ibn-Abi-Bacr ibn-Tāschifin, ejusdem illius, qui (vi hostili) intravit ad al-Mo'tamidum al-lāllāh. Neque desiit illius viri Scriba esse, donec pervenit ad Imperatorem Moslimorum ab illo invitatus.

Exstat autem inter epistolas ejus quaedam, illius (Siri) nomine ad Imperatorem Mosli-

h) Cod. 415. i) Cod. 415 رأسها k) Verba non habentur in Cod. 415.

122) Fuerat hic vir, qui أَنْ أَنْ الْفَصِيْحَ appellari solebat, antea Scriba al-Mo'tamidi regis Hispalensis; ex illius vero epistolis nonnullae ad notitiam Marracischii quidem pervenerant, verum φιλ amplius ex iis, cum opus suum componeret, memoriā tenebat. De illo Ibn-Khākan egit peculiari capite in secundā operis sui parte, Cod. MS. A. T. I. p. 192—198 et Cod. B. p. 50a—51b.

morum scripta, in quā refert de expugnatione urbis Santarīni (quam Deus Moslimis restituat!): hic autem Sirus fuerat vir, qui tanquam dux exercitūs expugnationi ejus urbis praefuerat<sup>123</sup>: quo facto Abu-Mohammad nomine ejus hanc epistolam scripsit: Perennem reddit Deus rem Imperatoris Moslimorum, adjutoris religionis, Abū-l-Hasani Alī filii Jūsofī filii Tāschifīni, vibrantibus ad adjuvandam religionem signis ejus, et pervadentibus per septem terrae climata mandatis calamo ejus scriptis. (Scribimus haec) intra Santarinum: hujus enim urbis portas nobis apēruit Deus, qui laudibus efferatur, ob praeclarum, quo in principatu te geris, modum et ob henigitatem animi tui erga Moslimos. Laudetur vero Deus, dominus hujus universi, laudationē, cuius sensus omnia sibi requirit vocabula, quibus aliquid explicari potest, cuiusque pars proxima effugit oculos in altum sublatos<sup>124</sup>, cuius vultum non avertit retrocessio<sup>125</sup>, cuiusque substantiam definire non potest specialis descriptio<sup>126</sup>, cum mensuram ejus impere non possit sive arctius sive latius hanc

123) Narratur in opere Condei l. c. p. 209 vs. 8 a-f., eodem fere tempore, quo Alius filius Jusofī filii Tāschifīni, expeditione in Hispaniam susceptā, Toletūm obsidione premeret, Sirum ben Be-kir (leg. ibn-Abi-Baer) in occidentali illius regionis parte bellum gessisse, turbes Zintirasum Badajocum, Evoram, Bortecalam, Lisbonam, ceterasque omnes, quas Christiani hucusque tenuissent, vel quarum incolae partes Morabitarum nondum sequerentur, occupasse et mense Dhulkaḍā anni 504 qualis esset conditio hujus tractus ad regni limites siti literis scriptis Alio, interim in Africam reverso, significasse. Quam narrationem ita in suos usus adhibuit Aschbachius, Gesch. Sp. und Port. zur Zeit der Herrsch. der Almorav. und Almoh. p. 167, ut primum Bortecalam illud omiserit, quippe quod, e regionis Portugalliae nomine corruptum, ibi perperam quasi urbis esset nomen positum sit (de urbe enim Portu Cale (Oporto), quippe nimis longe a ceteris hoc loco memoratis remotā et in medio tractu, quem tum Christiani tenebant, sitā hic sermo esse non potest); deinde pro Zintirias substituerit Zintria, denique urbibus, quas Condeus a Siro expugnatā esse refert, nescio quo auctore, addiderit Santarem sive Santarinum. Evidem vero nulli dubio obnoxium esse putō, occasione expeditionis a Siro susceptae, quam l. l. citt. commémoraverunt Condeus et Aschbachius, locum habuisse illam Santarini expugnationem, quam in epistolā, a Marracischio nobis servatā, Imperatori Alio annuntiat Ibn-Abdunus, adeo ut etiam satis nobis constet, hunc poētam non in aulā Jusofī Ibn-Tāschifīn ut Scribam fuisse versatum, sed apud filium ejus Alium demum hoc munus gessisse, cum anno quarto, ex quo hic imperium capessivisset, adhuc Sirum comitaretur. Non improbabile autem est, eum post hujus Morabitarum ducis mortem, quae non ita multo post, anno nempe 507 accidit (cf. Conde l. c. p. 210-sq.), ab Imperatore ipso, elegantis ipsius doctrinæ et egregiae scribendi facultatis famā commotum, fuisse arcessitum, ut sibi ad manū esset.

124) I. e. cuius ne minimam quidem partem hominum intellectus capere potest.

125) Qualis nempe fit ob sensum majoris magnitudinis alienae; i. e. quae nulli alii cedit dignitate.

126) Si تخصیص, quod est in Codice, retinere velis, locus vertendus est et ad cuius substantiae definitionem non pertinet hoc quod dilucida sit. Attamen non dubito fere, quin bene pro hoc

statuendo aut assimilatio aut nuda conjectura <sup>127</sup>: nec complectitur eam totam scripturā aut monili manus dextra vel sinistra, neque comprehendit eam aetas, quae eam totam capere posset, neque abrumpit aevum, quod eam absolveret, neque colligit numerus, qui eam contineret; tergis equorum, qui agmen ejus praecedunt, inhaerent proxime sequentes <sup>128</sup>. Mohammadi autem servo ejus, cui credidit ea quae hominibus reuelavit, quique clare exposuit quid ab eo jussum, quidque vetitum sit, qui sectatorum suorum coetui est id, quod margaritis consertis funiculus, quo continentur, antistiti antistitum, qui Adamo e posteris ipsius causa laetitiae existit <sup>129</sup>, gloriae mundi ejusque incolarum, sit precatio perfecta quam peragimus, et vota universalia pro ejus salute quaē facimus, quae se explicent, ut flores e calicibus suis, seque effundant, ut moschus e (vasis quibus continetur) sigillo suo (rupto). Etenim in clarissimā luce collocavit Dei unitatem, et statuit id quod credendum est de promissis ejus minisque, manifestam reddens veritatem, velumque quo tecta erat removens; sincere admonuit homines et in rectam viam eos duxit, iis exceptis, in quos certo constituta erat poenae sententia, quibusque antea definita erat miseria in libro decretorum divinorum. Illius (Mohammedis) vero religioni victoriam concessit praepotens, cuius gloriosa sint nomina cujusque illustris sit majestas, ab omnibus religionibus, ab opinione crucium <sup>130</sup> et a commento idolorum <sup>131</sup>, praestititque

\* vocabulo substituerim تَحْصِيْصٍ. Sensus est omnia in his laudibus aequa magna esse et egregia; adeo ut nihil utpote ceteris partibus praestans peculiariter memorari possit. Cf. Hamasa p. 11<sup>o</sup> vs. 3.

127) *Mensuram rei definire.* بَسْطٌ أَوْ بَقْبَضٌ significare videtur nostrum krap of ruim. مثـالـ hoc loco necessario vim infinitivi habet et significare debet assimilationem, nempe ut mensuram rei definias eam assimilando alii rei. Quae tamen vis si minus bene cadere videretur in tertiam formam, pro مثـالـ legi posset مثـالـ, infinitivus formae secundae, cui ipsa illa potestas propria est.

128) I. e. *Nunquam haec laudatio intermittitur, ne per minimum quidem temporis momentum.*

129) Si, ut ego feci, pronuntias سـ، cum hoc loco omnino conferendus est Ibn-Hischami locus, quem citavit Hamakerus in annot. ad Wakidaeum p. 151 vs. 17 sqq. Sin vero, vocalem sub سـ, quae in Codice scripta est, assumens, pronuntiaveris سـ, verba بـنـيـهـ سـ vertenda sunt parti optimae Adami inter posteros ejus; id quod fortasse preferendum est.

130) I. e. recepta a Christianis, crucem venerantibus, ejusque imaginem signis militaribus imponere vel iisdem intexere solitus.

131) Cum دَقْمـ plane respondeat vocabulo رَعْمـ in priore membro, non dubitandum esse existimo, quin illud pro دَقْمـ, quod Codex habet, substituendum sit.

nobis Is qui laudibus efferatur promissum suum, et tum eo, cui Deus propitius sit et faveat, vivente, tum post ejus mortem, opem nobis tulit, collegitque in hac insula coetum Islamismi, postquam discissus fuerat et disruptus, et excidit multas densasque arbores religionis, quae socios Deo tribuit, postquam apta serie dispositae fuerant et progerminaverant <sup>132</sup>, deturbavitque Deo fidem non habentes ex iis, qui libro (Euangelii) donati sunt, per manus nostras e castellis suis apprehensis pedibus eorum et antiis. Erat autem arx Santarini (perennem vero reddat Deus rem Imperatoris Moslimorum!) ex castellis munitissimis Christianorum, et validissimis contra Moslimos arcibus <sup>133</sup>. Neque intermisimus ex proposito tuo, quod secuti sumus, et ductu tuo, qui nobis suffecit, spinam ejus resecare, et dolare tamaricem ejus <sup>134</sup>, et bibere de ea altera vice post haustum primum, atque cum lenta festinatione oppugnationem ejus prolongare, ac decerpere sensim sensimque strenuos bellatores inter ejus viros, et depascere unâ vice post alteram propugnatores ex ejus heroibus, nosque immergere gurgitibus dimicationis, et maribus manuum consertionis cum iis, donec in arenâ extenderentur eorum corpora, et apprehenderentur eorum animi (a corpore separandi) <sup>135</sup>, et ut dona offerre capita eorum hastis illarumque cuspidibus, et igni infernali illiusque flammae animos eorum, eosque transferre ab aciebus gladiorum Jamanensium ad ignem fervidum. (Neque desiimus etiam) diligenter et expedite tollere velum, quo tecta erant eorum strategemata obscura, soloque aequare, bona petentes a Sempiterno Omnipotenti, colles roboris eorum vehementis. Postquam autem vidimus hujus arcis, cujus nomina relativa sunt nobilia inter arces <sup>136</sup>,

132) Significatur, Moslimorum regnum à Deo in melius esse restitutam, adeo ut Hispaniae partem sibi a Christianis eruptam recuperassent, et eorum potentiam, quae ultimis temporibus nimis crevisset, depressissent.

133) Non dubito fere, quin مَعْقَدٌ hic figurate arcem significet: proprie denotat locum, ubi quid ligatum est nodoque constrictum, et usurpari igitur posset de iis partibus humani corporis, in quibus diversi articuli ope nervorum inter se colligati et constricti sunt. Hinc ergo etiam figurate ad talia loca munita transferri potest, quibus diversae alicujus regionis partes inter se velut firmo vinculo continentur. Quod si minus probabile tibi videatur, pro المقاد على المسلمين substituere posses على المسلمين, locis ubi sedent insidias struentes contra Moslimos.

134) تَحْكَمَتْ أَنْتَنَا (proprie dolavit, h. e. dolando comminuit, tamaricem ejus, figurate significat obtrictavit alicui; laudem ejus minuit; hic de arce, robur ejus minuit. Haec Djauharius in v. يقال فلان يُنْتَحَبُ أَذْلَّنَا إذا قال في حسبيه قبيحاً: أَذْلَّنَا.

135) Ab angelis nempe, quos morientium animos e corpore auferre et ad paradisum aut gehennam transferre existimant Mohammadani.

136) I. e. quae ab hominibus illustribus exstructa et habitata fuit, a quibus etiam denominatur.

quaeque eminet celsitudine supra regiones, gravem esse morbum, ita ut remeatur ei parari amplius non posset, expetivimus Dei, altis laudibus efferendi, favorem, ne nos moraretur locus ejus salebrosus, et suppliciter Illum rogavimus, ut expeditionem contra eam susceptam nobis redderet facilem, poposcimusque, ne nostræ ipsorum curæ nos relinqueret, etsi pro tutelâ cultûs Illius religiosi nos tradidissimus, et in Illius causâ ingrata juxta et grata aggredieremur. Tum ad eam tetendimus et impetum interitus in eam fecimus horâ, quâ obstructae fuerunt portae viarum <sup>137</sup>, et potenti Dei auxilio incolis ejus expeditae fuerunt variae rationum se servandi species, quâque tempus (ridendo) denudavit dentes suos curvos <sup>138</sup> et surrexit e luto et torrentibus firmissimo pede consistens <sup>139</sup>. Tum castra posuimus in ipsâ hujus populi areâ, adeo ut illo die infelix sane iis esset tempus matutinum. Neque intermisimus acriter in eos impetum facere, sicut impetum facit is, qui opera sua bona in computum refert et mercedem sperat, atque moras iis nectere <sup>140</sup>, ut moras nectit is, qui Dei jussa observat et exspectat. In omnes partes ad incursiones faciendas emisimus equites; exercitus vero nostri accedebant ad eos leves et expediti, at redibant ad nos cum onere gravi, replebantque pectora hostium timore et manus amicorum opibus. Mox jussimus vendi captivos et opes eorum, loco ubi, quid ageretur, videre et audire possent viri eorum et mulieres. Tum eo magis adhuc ventus eorum quievit et ignis eorum consedit <sup>141</sup>. Postquam vero obsidio eos redegerat ad angusta sua latibula <sup>142</sup>, et invaserat eos cum fluctibus suis terrorem ineutientibus perniciies, et undique cinxerat eos calamitas, et effuderat in eos iram Omnipotentis decretum <sup>143</sup>, neque erat nocti infortunii eorum diluculum, ad quod spectaretur, neque accessioni noxae eorum redditus, qui speraretur, praetulerunt morti humilitatem, et gratum habuerunt servituti se submittere, tradentes (victori) familias suas et liberos suos, atque

137) I. e. quâ se non amplius expedire potuerunt, itaque arx tandem a nostris capta fuit.

138) De fortunâ nempe Moslimorum gaudens.

139) I. e. postquam per satis longum tempus impeditum fuerat, quominus omni vi arcis incolas, quos perdere decreverat, oppugnaret, cum in luto quasi haereret, et torrentes, in quibus mediis versaretur, ei essent transeundi, jam stabilem locum reperiebat, e quo firmo tali consistens petere eos poterat.

140) Quos cepimus, non statim omnes occidimus, sed aliquos in vita servavimus.

141) I. e. omnis vigor eorum extinctus est, adeo ut plane animum desponderent. Saepius vero ab Arabibus vehementiam bellatorum in hostes suos ruentium comparari cum igne omnia devastante, notum est.

142) Pluralem substantivi شکل esse etiam شکل, ex hoc loco Léxico addendum est.

143) Proprie et excanduerat in eos, iram Omnipotentis iis immittens, decretum.

evadere ē locis ubi complicatur involucrum ferale et ē latebris sepulcri; etiam si ad sortem subeundam paulo tantum ipsā morte meliorem <sup>144</sup>. E medio autem sustulerat, ut ante memoravimus, trucidatio eos qui caput cum fastu extollebant ē viris eorum principibus, et fortissimos propugnatores equitum eorum, neque supererat; nisi manipulus exiguis et agmen contempnendum, quorum vita non nocet cultori Dei unius, quorumque salus non afficit gaudio falsae religionis assecram. (Sic) eos transtulimus a dextrā leti ad sinistrā cōtemtūs, et a dolore obsidionis ad captivitatē probrosam. Cum enim petiissent, ut vitam ipsiā conservaremus, iis annuimus, postquam humili obsequii eleemosynam <sup>145</sup> iis ē numero suo praemiserant, qui clanculum (nobiscum de pace impetrandā) acturi essent. Deditus igitur prius eorum posteriori <sup>146</sup>, et poenae remissionem, iis concessam, fecit nūs viam ceteris, qui similem agendi rationem secūfuri sunt, quando nos postea, Deo id permittente, obsidione eos presserimus. Haec vero arx, ad cuius firmam sedem pervenimus, cujusque tractus occupavimus, urbē habet adjunctam, in quā oculis spatium est amplissimum, cujusque ager proventibus est ditissimus; annorum decursu non destituit eam proventuum copia, neque ab eā ad alias transit, nec petit eam sterilitas, neque eam sibi sumit vexandam; fastigia ejus supra Pleiades sunt elata, et radices ejus <sup>147</sup> sub terrā stant firmae; de pulchritudinis laude ob flores suos contendit cum coeli astris, et clanculum de arcā suis loquitur in aurem Orionis <sup>148</sup>: loca, in quae decidunt guttae pluviales, in ceteris (arcib⁹) sunt pulvereo cinereove colore; in hac autem splendent fulgentque humores eorum; sol vero oriens in aliis praeter eam primum se prodit in locis lucem tremulam tenebris mixtam habentibus, cum haec sit oculus, cuius lumina sunt purissima <sup>149</sup>. Temporibus autem praeterlapsis negotium facessiverat potenti e Caesaribus qui oppugnavit eam cum militibus numero pluviae guttas superantibus, et expetivit eam cum auxiliis copiosioribus, quam maris undis; verum illa recusavit ei obedire recusatione,

144) Phrasis أَفْلَتْ بِكُمْ بُعْدَ الْدُّقَنِ, quae testibus Lexicographis Arabum et Maidanio (Prov. 3197)

significat *morti jam imminens vix se periculo isti eripuit*, proprie de eo dicitur, qui, quum in maximo periculo esset ne siti periret, ita evasit, ut unum aquae haustum inveniret, quo nil nisi mentum perfundere posset. Est ergo proverbialis locutio de salute, quae salutis nomen vix mereatur.

145) I. e. pecuniae vim, quā humile suum obsequium praestabant.

146) I. e. ob submissam eorum agendi rationem priorem contumaciam iis condonavimus.

147) I. e. fundamenta.

148) Significatur, arcem ad coelum fere usque elevatam esse.

149) Proprie cuius lumina sunt subtilia, i. e. nullis tenebris offuscata et gravata. Sensus est: ob situm altiorem plenā jam luce fulget, quando in ceteris arcibus vix tenuis solis radius tenebras pertumpit.

cui nihil ad obstinationem accedere posset, et vehementissime rebellavit contra obsequium ei praestandum, contumaxque fuit sicut ille, qui calamitati pertinaciter resistit. In nostram vero potestatem Deus, qui laudibus efferatur, rededit ejus fastigium, nobisque deturbavit illius equites e turri ejus excelsa.

Inter epistolas autem, quas ad amicos misit <sup>150</sup>, est quaedam scripta ad Abū-Abdil-lāhum Mohammadem Ibn-Abi-l-Khisal <sup>151</sup>, quā expetit ejus amorem, sibique exoptat ex amicitiā ejus opulentiam. Est autem illa hujusmodi: Ratio mea cum columine meo aestimatissimo, cuius nobilitatem Deus reddat perennem, similis est conditioni viri a gente suā longe absentis, quem totum occupavit molestia, quemque recepit terra deppressa Tihāmae, cum non noverit, qualis sit ventus ejus vehemens, qualisque ejus calor homīnes ad sedendum adigens, mox vero eos surgere cogens <sup>152</sup>; quem igitur (regio ista) conjecit <sup>153</sup> e vapore suo meridiano submergente <sup>154</sup> et potu suo adurente <sup>155</sup> (velut) in balneum <sup>156</sup>, adeo ut prope absit a morte propter hunc ignem vehementem ejusque ardorem, nisi illum recreet (Deus) misericors liberalitate suā; qui vero confugit ad quemdam ejus regionis collem, rogavitque montes Phārāni <sup>157</sup>, ubi sit flatus Euri

150) Nomen relativum أَخْوَانِي, derivatum a plurali أَخْوَانٌ, Lexicis addendum est.

151) Celebrantur hujus viri laudes ab Ibn-Khakane in secundā operis sui parte, Cod. A: T. II. p. 69—80 et Cod. B. p. 83a—84b.

152) Depingitur viator, qui calore vehementi opprimitur, quique propterea nec viam persequi potest, cum identidem quiescendi causa residere cogatur, neque tamen etiam tranquille in uno loco remanere, aestu, quo aduritur, eum inquietum reddente.

153) Faciliorem lectionem, quam praebet Codex 415, hoc loco secutus sum: ea, quae habetur in opere Marracischii, orta videtur ex emendatione librarii, qui in فرمت obscarius scripto ductus literarum verbi رقص sive vapore meridiano usurpari solet, sibi comprehendere videbatur.

154) I. e. ab omni parte eum circumdante, totumque, quam late prospicere potest, finitorem obtegente.

155) I. e. salivam in ore desiccante, gulæque aestum doloremque excitante.

156) Sic appellari poterant vapores illi fervidi, quibus hic viator ab omni parte cingebatur et submergebatur.

157) I. e. Meccae. Hanc enim urbem, vel ejus territorium, ab Arabibus nomine Phārāni appellari, فاران مذكور في التوراة في قوله: \*apparet ex iis quae habentur in Lexico Geographico s. v.: من سيننا وشرف من ساعير واستعلن من فاران مساعير (وساعير ۱.) جبال جاء الله من سيننا وشرف من ساعير واستعلن من فاران مساعير (وساعير ۲.) جبال فلسطين وهو (واشرافه من ساعير هو ۱.) انزاله الانجيل على عيسى وفاران مكة أو جبالها على ما تشهد به التوراة واستعلاته (واستعلانه ۱.) منها انزاله القرآن على رسوله محمد

sorum, ut colligat e spiritibus illius venti, intercedente Nadjdi regione<sup>158</sup>, frigus, quod ducat ad calorem aegritudinis suae; quemque tum Eurus salutavit flatu humido ex aurā suā leni<sup>159</sup>, cuique vitam et vigorem restituit, postquam semel iterumque inde ei bibendum dedit<sup>160</sup>. Ego vero minime mihi propositum habui in verbis, quibus expetivi favorem tuum, ut interciperem tibi praestantiam inventionis: simpliciter enim incessi viā imitationis, et secutus sum indicium viae rectae. Volui lucern mihi petere a luminibus tuis, et mihi producere e coelo tuo astra, quae ducant me in tenebris obscurissimis<sup>161</sup>, aut stellas deorsum jactas, quae opem mihi ferant contra illum, qui furtim ausert auditionem sermonis<sup>162</sup>. Si vero liberaliter concederet columen meum responsum.

صلی اللہ علیہ وسلم وفاران قریۃ من نواحی المسعد (السُّعْد) من اعمال سمرقند وقيل فاران والظور کورتان من کور مصر القبلية Pharan commemoratur in Pentateuco in dicto ejus (Deut. cap. 33 vs. 2): *venit Deus a Sind, et alte se extulit e Sairo, sequē manifestavit e Pharan. Sairi nomine significantur montes Palaestinae; Deum vero ascendisse e Sairo, ita intelligendum est, eum Euangelium Jesu revelasse. Pharan autem significat vel Meccam ejus montes, secundum id quod de eo loco testatur Pentateuchus. Cum enim dicitur Deus ibi se manifestasse sermo est de Korano. Mohammadi prophetae ejus revelato. Pharani vero nomen etiam gerit pagus ad tractus as-Sogdi et ditionem Samarkandae pertinens. Ex aliorum vero relatione Pharan et at-Tour sunt duae regiones Aegypti meridionalis. Jam vero apparet ex iis, quae referuntur a Niebuhr *Beschreibung von Arabien* p. 349 coll. p. 4, regionem circa Meccam sitam, in cuius quādam valle errantem viatorēm describit Ibn-Abdunus, aestate vehementissimo calore adūri et propterea aridam esse et sterilem; in tractu vero montano non procul ab hac urbe distante fructuum praestantissimorum copiam reperiri, qui ibi provenire non possent, nisi aér subinde ventis lenibus, a parte altioris Arabiae, نَجْد dictae, ideoque ab oriente spirantibus, refrigeraretur. Haec igitur causa est, cur auctor diserte de Pharani sive Meccas montibus mentionem facit.*

- 158) I. e. procurante eum (Eurum) mediatoris instar Nadjdi regione. Situs enim locorum vetat haec verba vertere Nadjdi regione media intercedente. Cf. annot. proxime praecedens.
- 159) Proprie debili. De significatione vocabuli علىيل ef. locus Ibn-Khakanis, quem edidi supra p. 96. vs. 2 a f., quaeque ad illum annotavimus p. 98 in ann. 194.<sup>1</sup>
- 160) Nihil aliud hac comparatione adhibitā sibi vult Ibn-Abdunus, nisi se tantopere desiderare epistolam Ibn-Abi-l-Khisali, quam viator valore enecatus aurae lenis refrigerationem, segue, si huic desiderio satisfactum esset, non minus dulcem gaudii sensum experturum, quam ille experiatur, si aërem purum frigidumque ipsi respirare liceat.
- 161) Proprie quando valde obscurae sunt tenebrae. شَفَق enim hoc loco est nomen actionis a verbo شَفَق significatione multum tenebrosus fuit.
- 162) Respicitur hoc loco ad ea, quae in Korano traduntur de diabolo et angelis ejus partes secu-

eiusque redditionem, ego propter illud, quod de eo existabit apud me et ad me pervenerit, duris verbis petam<sup>163</sup> (vitiosi quid in suavibus, quos edant, sonis iis objiciens) columbas ob modulatum suum gemitum, et (Mohammadi) adjutores [Medinenses] ob Hassanum suum<sup>164</sup>, annique tempora ob Nisanum suum<sup>165</sup>, et Taijitas ob Walidum suum et Habibum<sup>166</sup>, Saditasque ob Khalidum suum et Schabibum<sup>167</sup>; et lacerabo per eam, quam commodaverit, alacritatem eamque, quam excitaverit, laetitiam sinum illius, qui spe frustratus est, prae gaudio<sup>168</sup>, nec relinquam Abū-l-Atāhijāe<sup>169</sup>, sive in carminibus suis metri tardioris, quae remotissimas regiones pervaserunt, sive in metri rapidioris

*tis, cum clanculum ad coelum accessissent, ut colloquia beatorum illius incolarum audirent et sic secreta consilia divina cognoscerent, stellis in iis jactis inde depulsis.*  *Vocabulum حسون de his stellis adhibetur Surae 67 vs. 5: cff. praeterea Surae 37 vs. 8 et Surae 72 vs. 8. Vult igitur Ibn-Abdunus, eam esse vim elegantis orationis Ibn-Abi-l-Khisali, ut vel diaboli malitiam ab ipso repellere posset; qualem efficaciam notum est Moslimos tribuere etiam solere Suris duabus ultimis Korani, quippe quae ex eorum opinione, si a quo homine recitantur, contra omnes incantamentorum species omniumque daemonum et hominum injuriam eum muniunt.*

163) Tertia species verbi طلاق, significatione *duriter tractandi* cum accusativo personae et فی rei, ob quam eam duriter tractas, constructa, Lexico addenda videtur, cum verbum طلاق non exstet, forma طلاق vero huic loco non apta sit. Fortasse tamen pro طلاق subsitendum est اغاظت.

164) Cff. de hoc virō loci, quos citavimus supra, p. 116 in ann. 54.

165) Mense Nisano, partim cum Martio, partim cum Aprili conveniente, veris est initium, quo avos, suavi aëris temperie laetae, dulcissimo cantu agros sylvasque implent. Verum ne hi quidem soni auctori nostro satisfacturi erant, si epistolam quamdam Ibn-Abi-l-Khisali multo numerosiorem accepisset.

166) De Walide, al-Bohtorii nomine noto, anthologiae notissimae auctore, eodemque poëtā celebri, cf. Ibn-Khallican n. 793 et d'Herbelot in vv. *Bakhteri* et *Bokhteri*. Est autem Habib, de quo hic sermo est, Abu-Tammam Habib: Ibn-Ans, Hamasa a Freytagio editae auctor, ab eodem Ibn-Khallicane n. 146 commemoratus, adeo ut hic duo poëtae, qui ambo anthologiis, idem Hamasa nomen gerentibus, concinnatis celebres fuerunt, conjungantur. Cf. Spec. Cl. Weijers, p. 44 vs. 2 a f. et p. 152 in ann. 256.

167) Quinam yiri e pluribus illis, qui, ut Khalidi et Schabibi nomen gerentes, ab Ibn-Khallicane et in Indice ad Hamasa commemorantur, hic significantur, nescio, cum nemini eorum nomen الصلعى tributum videam.

168) I. e. si elegantem tuam orationem communicavero cum viro, qui ob tristem vitae suaे conditionem plane ad desperationem adactus est, nihilominus suavibus ejus numeris tantam illi movebo alacritatem, ut prae nimio gaudio et immoderato corporis motu vestis sinum laceret.

169) De Abū-l-Atāhijā, celebratissimo poëtā, conf. Ibn-Khallican n. 93 (ex edit. Wüstenf. Fasc. I. p. 11 seqq.), et de Sacy *Chrest. Ar. T. I.* p. 2 et p. 34 ann. 6.

exhilarantibus, solertiae laudem <sup>170</sup>, ac respuam Abidi cantus <sup>171</sup>, meque avertam a carminibus Labidi <sup>172</sup>, et expostulabo cum hujus temporis viris facundis, proverbio utens repetito a camelō Aegypti <sup>173</sup>, dicamque: Haec est gens al-Kārae <sup>174</sup>: cum hac igitur

- 170) Appellatione التقبيل significari videntur carmina, quorum metrum ob ipsam syllabarum natum gravius tardiusque procedit, qualia sunt, quae normam specierum الكامل الطويل et الخفيف sequuntur; vero novimus nomen esse undecimae metrorum Arabicorum speciei, quae, ut vel nomen ipsum indicat, rapidissima est. Quam distinctionem Arabes indicare videntur, cum dicunt, in tres أسباب الخفيف se invicem sequi, quod in tardioribus illis metris locum non obtinet. Cf. in Freytagii *Darst. der Arab. Versk.* etc. p. 139 cum pp. 64 sq. Quoniam vero species haud minus rapida est, quam الخفيف، conjunguntur etiam الرمل a Saphadio in Cod. MS. 868 p. 2 vs. 5, ubi de Ibno-l-Athiro scribit: جمع التقبيل et الرمل
- بَيْنَ الْعِلْمِ وَالْعَمَلِ، وَسَاجَعَ بَيْنَ التَّقْبِيلِ وَالرَّمَلِ،  
conjunxit scientiam operamque, et modulatus  
est, modo metris tardioribus, modo specie ar-Ramal appellata utens: qui locus ei, quem  
tractamus, simillimus est.

- 171) Geleber ille Abid, de quo hic mentio fit, est sine dubio عَبِيدُ بْنُ الْأَبِرْصِ، poëta clarus, qui aequalis fuit Nabigae Dhabjanensis et Regis potentissimi Nomanis III. Nomen ejus revera عَبِيدٌ esse pronuntiandum, non عَبِيدٌ، ut vulgo fit (conf. Willmeti annot. in Tydemanni *Conspectu* p. 96, et de Sacy in *Notices et Extraits* T. IV. p. 323); haec evidentissima verba Dhahabii عَبِيدٌ كثير وبالفتح عَبِيدُ بْنُ الْأَبِرْصِ وَهُوَ الْجَاهِلِيَّةُ جَمَاعَةُ in (MS. 325) docent: المشتبه

- 172) Labidus Moällakae auctor notissimus est. Ex hoc vero loco Lexico addendum est, non minus dici in quartâ formâ صَفْحًا، أضرب عنه صَفْحًا، quam in primâ صَفْحًا.

- 173) Quale hoc proverbium sit, nescio.

- 174) Describo hic, quae sub voce القارة habitentur in Lexico Djauharii: والقارنة قبيلة وهم عَصَلٌ والدَّيْشُ ابْنَا الْهُوْنِ بْنِ خُزَيْمَةَ سُمُوا قَارَةً لاجتماعهم والتغافل عنهم لما اراد ابن الشَّدَّاخ ان يفرقهم في بنى كنانة فقال شاعرهم

(الواخر) دَعُونَا قَارَةً لَا تُنْفِرُونَا فَنُنْجِفُ مُثْلَ اجْفَالِ الظَّلِيمِ

وَهُمْ رُمَادٌ وَفِي الْمِثْلِ أَنْصَافُ الْقَارَةِ مِنْ رَامَاهَا

*Al-Kara est tribus quaedam originem ducens ab Adhalo et ad-Daischo, filius al-Haqni ibn-Khozaima. Nomen al-Karae (b. e. ursae) acceperunt, quoniam in unum congregatos et conjunctos se servarunt, postquam Ibno-s-Schaddakh (videtur esse filius illius viri, qui in*

sagittandi arte contendite, et (victi) quod justum est date; atque hic est extremus (fasciæ) terminus: hunc igitur petite, aut (si tutius videtur) dimidium ejus spatum assequendum vobis sumite<sup>175</sup>: etiamsi (nunc quidem)<sup>176</sup> margaritæ ejus splendidissimæ nondum donatae sunt in capsulam meam, astra que ejus fulgentia nondum commorantur in Zodiaci signo, quod ego teneo: et vero enim manus mea decerpit fructibus ejus adhuc vacua est, et oculus meus luce lunârum ejus adhuc caret. Quod vero ille avare a me retinet unionem e mari suo, aut inflationem ex incantamentis suis<sup>177</sup>, de eo inter duas fluctuo opiniones, quarum utra vera sit non magis, quarum utra veritatis habeat speciem, certo cognoscere, cum ipso (ea de re agenti) mihi contigit<sup>178</sup>! Una

Hamasa p. 41 appellatur (الشَّدَّاخُ يَنْ يَعْمَرُ الْكِنَانِيُّ) *dispergere eos voluerat inter Kinanitas.*  
Dixit eorum poëta:

*Sinite nos esse Karam, neque nos ad fugam concitatis: quo quidem in casu quam celerrime aufugere possemus, ut aufugit struthio.*

Illi autem fuerunt celebres sagittarii: quare in proverbio est: *Tribui Karæ semper justum dederunt victoriae praemium ii;* qui cum illâ jaculando contenderunt (facile nempe se vicos esse fatentes). Proverbium memoratum a Djauhari, quod in loco quem tractamus spectatur, exstat apud Meidanum n°. 3360 (قد أذصف الخ). Vult igitur Ibn-Abdunus, homines facundi ingenii vires intendant, ut oratio ipsorum orationis *Ibn-Abi-l-Khisali* elegantia sit similis, at parent se simul ad justum victoriae praemium huic tradendum.

175) Utī نصف in primâ formâ significat dimidiā rem attigit, dimidiū epotavit calicem, ita hīc eadem potestas secundae formae tribuenda est. Conf. Castelli Lexicon.

176) Iis, quae jam proxime sequuntur, auctor significat, se tam praeclaram opinionem de viri docti, ad quem scribit, facundiā concepisse, etiamsi nullas adhuc literas ab eo accepisset. Hac enim epistola petit, ut literarum commercium secum institueret velit.

177) Nomine inflationis magicae, quali nempe præstigiatores nodos a se nexos (de quibus cf. historia extans apud Gagnierium, *La vie de Mahomet* T. II. p. 43—45) inflare solebant, ut ii, quos fascinarent, ipsorum vim experirentur, significat auctor *Ibn-Abi-l-Khisali* elegantis orationis specimen, cuius lectio animum suum non minus firmiter vinctum captumque teneret, quam fascinatorum præstigiae corpus hominis incantati.

178) Vis verbo propria est Latini *exstitit*, unde hīc cum على rei, supra quam quis exstiterit, ad quam devenerit, construitur. Sic etiam in loco a Grangereto de la Grange edito in *Anth. Ar.* p. 18 vs. 11 legitur: حصل من السلاح على البكا, devenit ab armis ad fletum. Apparet autem ex his verbis, Ibn-Abdunum exspectasse, Ibn-Abi-l-Khisalum secum literarum commercium instituturum, sive jam aliqua consuetudo sibi cum eo intercessisset, sive, quod verosimilius puto; ob communem, quam uterque literarum elegantiae et poësi dabat, operam sibi hoc ab eo tributum iri putaret. Jam vero scribit se, ut causam, cur huic expectationi non

earum est hujusmodi, ut dicam: Ille de nomine meo apud animum suum cogitavit; at me non reperiens inter sui similes et in sua regione, hoc dixit: Quid mihi cum tali? Certe non aliunde oriundus est, quam ex Occidente (Hispaniae), etiamsi prae se ferat se pertinere ad puri generis Arabes? Num vero tractus ille Occidentis alium in regionibus locum tenet, quam tenent glossae inter scripturae lineas<sup>179</sup>? Altera vero opinio haec est, ut mecum cogitem: Fortasse<sup>180</sup> ille dicit aliquid quod minime admittent (aliorum) intellectus<sup>181</sup>, nempe hoc: Sane ego intueor visu acutiore etiam, quam az-Zarkāe, cuiusdam nobilitatem illustriorem, quam al-Ankāe<sup>182</sup>, recitatque hunc versum Abū-l-

satisfiat, sibi explicet, duas vicissim opiniones a se invicem diversas mente volvere, cumque sibi non contigerit ab ipso Ibn-Abi-l-Khisalo resciscere, utra earum veritati sit consentanea, animum inter utramque habere suspensum.

179) Vocem **لَحْقٌ** (sic in Codice scriptum est) habere significationem, quae hoc loco requiritur, quamque ei in versione tribui, ejus nempe *quod inter lineas scripturae, textum explicandi causā, adscriptum est*, in Lexico non memoratur. Fortasse nonnullis probabile videbitur, pro **كَاللَّاحِقِ** reponendum esse. Ceterum ex iis, quae hic scribit Ibn-Abdunus, videmus Ibn-Abi-l-Khisalum, etiam natione Hispanum, non sicut Ibn-Abdunum, qui Evorae natus esset, ex Occidentali illius terrae regione, sed ex aliâ, quae pro nobiliori haberetur, ortum esse. Jam vero in loco ipsius Marracischii, qui in Codice p. 175 vs. 3 a f. sqq. occurrit, narratur illum, postquam per satis longum tempus in aula Imperatoris Alii Scribae munere functus esset, fratre Abu-Marwane (qui quondam iisdem illis, quibus ipse, honoribus gavisus, quibusdam vero Imperatoris nomine minus prudenter scriptis iis privatus erat) mortuo, *Cordubam rediisse*; unde saltem apparet *eum, antequam in Africam trajiceret, Cordubae habitasse*. Si vero pro certo assumere liceret, *eum Cordubae natum fuisse*, apertum esset, minime admirationem movere debere, si vir, qui in urbe nobilissimâ Hispaniae, regni Khalifarum Omajadum olim sede, natus esset, despiceret et contemneret Ibn-Abdunum, ex Occidente Hispaniae, regione nullâ nobilitatis famâ insigni, ortum. Haec igitur auctori<sup>is</sup> erat opinio, se, *utpote nobilitate longe inferiorem, ab Ibn-Abi-l-Khisalo dignum non haberi, quocum epistolarum commercium exerceret*.

180) Significatione, quam hoc loco voculae **نَهَا**, tribuendam esse putavi, haec etiam occurrit ex. gr. apud Wakidaeum p. 37 vs. 5 a f.

181) Vult Ibn-Abdunus verba, quae in sequentibus attribuit Ibn-Abi-l-Khisalo, utpote declaranti, se ab epistolis ad ipsum mittendis abstinere, quoniam gloriâ et nobilitate nimis sibi excelleret, quam ut id sibi multum inferiori tutum licitumque pataret, tantopere a rei veritate abhorrire, ut nemo prudentior illa probaret, et assensu suo reciperen.

182) De **العندق**, ave fabulosâ, sive a colli longitudine, sive ab ejusdem parte albâ ita appellata, et pro avium reginâ habitâ, nunquam autem vîsâ, cf. Haririi ed. Sac. p. 54f.

alāi ibn-Solaimān poëtae Maärrae No'māni<sup>183</sup>:

Pro majore al-Ankāam habeo, quam ut eam venentur homines<sup>184</sup>.

At equidem juro per ver pluviosum, et amicorum consuetudinem tempore ejus<sup>185</sup>, fundumque floridum variosque ejus calores, et per juventutem ejusque prosperitatem; et plectrum ejusque vim, per disticha etiam, quando bene juncta sunt<sup>186</sup>, et ampullas vitreas idque quod continent (etiamsi per aliquot ex his (hoc) jurandum juro, absque ut eorum vexillum aut dextrā aut sinistrā acceptum teneam<sup>187</sup>): profecto nomen meum inter viros facundos et intelligentes simile est nomini al-Ankāae, quippe nomen quo nihil appellatur, et vocabulum, quod nihil significat<sup>188</sup>. Quid vero jam a tuā vo-

183) De poëta notissimo Abu-l-alao, praeter Herbelotum in v. *Aboulola*, cf. Ibn-Khallican n. 46, et de Sacy *Chrest. Ar.* T. III. p. 89—92. Urbs Maärra, inter Halebum et Emessam sita, ut ab aliā urbe Maärrā distinguatur, Maärrato-n-No'mani dicta est a nomine an-

Nomani ibn-Baschir as-Sahabi (النعمان بن بشير الصحابي), qui quatuordecim menses post

Mehammedis fugam natus, primus fuit, qui post hoc factum inter Medinenses (الأنصار) lucem adspexerit. Is deinde sub Khalifā Moawijā urbi Maärrae simul et Emessae praefuit. Conf. Schultensii Index Geogr. ad Vitam Saladini in v. *Maärra*, itemque Koehleri descr. *Syriae* p. 111, et *Mishcat-ul-Masabih*, ex edit. Matthewsii T. I. p. 228.

184) Carmen, unde haec verba repetita sunt, non novi. Sensus versūs esse apparet, *al-Ankaam utpote avium reginam, ab hominum conspectu remotam, non ut ceteras a venatoribus capi posse, ideoque omnem operam, quam in eā persequendā consumas, esse inutilem, quare poëtae vi- sum esse, a tali venatione potius abstinere*. Ibn-Abdunus vero, cum hoc versu Ibn-Abi-l-Khisalum inducit utentem, vult illum eo significare, *cum viris tantā facundiae gloriā excellētibus, qualem ipsi tribueret, certamen literarum eleganter compositarum non esse ineundum*.

185) Vere euim novo, reviviscente terrā, cum agri hortique grato virore nitent, floresque coloribus suis oculos, odoribus olfactum delectant, omnia ad suave consortium amicos invitant. Quāre etiam hoc jucundissimum anni tempus epulis, inter arborum laete florentium adspectum et dulces avium cantus celebratis, dicare solent.

186) Posses etiam lectionem Cod. 415, loco نسقت habentis, in textum recipere (sensus enim eodem rediret), nisi obstaret sic in membro proxime sequenti eamdem radicem وسف, a quā تنسق derivatum est, recurrere, quod minus Arabum consuetudini convenit, qui, divitias linguae suae ostendere gestientes, non facile easdem voces in operibus stilo ornatiore conscriptis repetere soleant, nisi verborum lusum captent.

187) I. e. etiamsi sunt inter has res, quas ipse non possideam, et quibus uti non soleam.

188) I. e. Minime quod ad nobilitatem al-Ankāae me aequiparare debes, cum in eo potius huic avi sim similis, quod, sicut illa in rerum naturā non existit, sed in hominum tantum opinione, ego etiam inter facundos et intelligentes nullum plane locum teneo, cumque nihil eximium in literis praestem, nihil de me nisi vanum nomen auditur.

Iuntate obtinebo<sup>189</sup>, et epistola mea eritne tabellarius laudem meam an objurgationem praecedens<sup>190</sup>, utrum qui excutiet (animo meo) suspicione (malarum) opinionum mearum<sup>191</sup>, an vero qui dissolvet amuleta insaniae meae<sup>192</sup>? Est autem ei<sup>193</sup> excelsa opinio de responso (a te exspectato), sive erroneam fuisse appareat opinionem meam, sive veritati consentaneam, si quidem Deus, cuius gloria et magnitudo celebrentur, voluerit<sup>194</sup>. Salus vero, precor, columini meo aestimatissimo et antistiti meo tribuatur copiosissima et properantissima, absolutissima, quaeque promtissime ad eum veniat, cum bonorum congregazione perfectissimā et maxime universalī, Deique clementiā et favoris ejus indiciis.

Respondit ei Vezīrus Abū-Abdillāhus epistolā, cuius similis in hoc genere nunquam scripta fuit, cum extremam in ēā novitatis metam assecutus sit, quamvis nonnulla contineat studio quæsita. Vocatur haec epistola al-Haulja (h. e. annicula)<sup>195</sup>: quomodo vero eam in hoc libro exhiberem, retinuit me ejus longitude<sup>196</sup>. Excelluit autem hic Abū-Mohammad Abdolmadjid, de quo mentionem injeci, egregiā opera pulchra componendi facultate, quae apud nos in his tractibus non maxima nota est et perulgata, quam proverbia, cuiusque commemoratio in iis quaquaversum penetravit, ut flatus Austri et Aquilonis.

189) Verba این افعع میا تُبید significant: ubi cadam, quo deveniam, ex iis quae tu voles? Quid tu mihi facere voles?

190) Vult simpliciter: epistolam hancce, quam jam ad te mitto, sequeturne laus et benevolum a tua parte responsum, an objurgatio?

191) Vult: qui mihi persuadebit, me nullā causā suspectam habuisse tuam in me benevolentiam. Sine dubio autem هَذِهِمْ hic suspicione significat: conf. formae هَذِهِمْ et تَهِيمْ in lexicis.

192) I. e. qui insaniae meae superbiae finem facturus est. Vides e versione meā, me pro وينقضن, ut Codicis lectionem secutus in textu edidi, jam substituendum esse existimare او وينقضن.

193) Nempe huic epistolæ meae tabellarii instar ad te venienti.

194) I. e. si Deus permiserit te meis literis respondere.

195) Forma illa adjectiva حَوْلِي usurpatur de omnibus animalibus, quae unum aetatis annum exegerunt. Videtur haec epistola per ludibrium sic dicta esse, ut ipso nomine exprimeretur, quantā arte in ēā componendā auctor usus fuisse, tantā nempe, ut integrum, annum ei impendisset, ita ut jam annicula esset, antequam ad Ibn-Abdunam veniret.

196) In Cod. 415 haec epistola Abū-Abdillahi Mohammadi Ibn-Abi-l-Khisali proxime excipit illam Ibn-Abduni, ad quam responsum continet. Verum Codex ille tam negligenter scriptus est, et tot in eo sunt vitia, ut non facile ex eo solo, nisi aliud melioris notae in usus tuos adhibere tibi licuerit, textum bene et emendate constituere possis.

Tertius locus denique, qui in p. 171 vs. 1 sqq. reperitur, continet hæc :

ولم يزل أمير المسلمين (على بن يوسف بن تاشفين) من أول إمارته يستدعي أعيان الكتاب من جزيرة الأندلس وصرف عناته إلى ذلك حتى اجتمع له منهم ما لم يجتمع لملك كتابي ذلكم بن الجدت المعروف بالاحدب أحد رجال البلاغة وأبي بكر محمد بن محمد المعروف بابن القبطنة وأبى عبد الله محمد بن أبي خصال وأخيه أبي مروان وأبى محمد عبد الماجيد بن عبدون المذكور آنفا في جماعة يكثرون ذكرهم وكان من أنفهم عنيد وآكبهم مكانة لدية أبو عبد الله محمد بن أبي خصال <sup>و</sup>

Nec desuit Imperator Moslimorum (Alius ibn-Jūsof ibn-Tāschiphīn) a primis imperii sui temporibus ad se invitare praestantissimos e Scribis peninsulae Hispanae, et convertit in id curam suam, donec tales ad eum convenerunt, quales nulli unquam Regi simul adsuerunt, veluti Abū-l-Kāsim ibno-l-Djadd, notus nomine al-Ahdabi (gibberi), unus e viris facundiae <sup>197</sup>; Abū-Bacr Mohammad Ibn-Mohammad, notus nomine Ibno-l-Kobtornae, Abū-Abdillāh Mohammad Ibn-Abi-l-Khisāl, ejusque frater Abū-Marwān, itemque Abū-Mohammad Abdolmadjid Ibn-Abdūn, prius jam commemoratus, una cum multitudine aliorum, de quibus omnibus mentionem facere nimis multa requireret verba. Ex iis autem, qui apud eum nobilissimi erant et maximā gaudebant auctoritate, erat Abū-Abdillāh Mohammad Ibn-Abi-l-Khisāl <sup>198</sup>.

---

Denique hic afferam versiculos Ibn-Abdūni, quos nobis servavit Salāhoddīnus Abū-s-Saphā Khalīl ibn-Aibac as-Saphādi <sup>199</sup> in opere inscripto

كتاب نصرة الشائر على المثل

197) I. e. ex iis, qui perfectā gaudebant facundiā, sicut homo, qui ad aetatem virilem pervenit, saturam viresque plenas habet et completas. Ceterum laudes Ibno-l-Djaddi celebrantur ab Ibn-Khakane Cod. A. T. I. p. 204—216 et Cod. B. p. 52 b—55 b. Conf. phrasin كان من رجال العرب in annot. ad Wakidaeum p. 67 vs. 9 a f., coll. textūs p. 91 vs. 5, p. 96 vs. 4 a f. et p. 127 vs. 4.

198) Sequuntur in opere Marracischii laudes Ibn-Abi-l-Khisali et ejusdem epistola scripta ad أبو الحسن على بن بسام صاحب كتاب الذخيرة a p. 171 vs. 9 ad p. 174 vs. 4 a f., et adduntur nonnulla de fatis ejus fratrisque Abu-Marwani ad finem usque p. 175.

199) De Saphadio cf. d'Herbelot in v. *Safadi*. Locus de eo satis amplius extat in Ibn-Habibi opere inscripto درة الأسلام في دولة الاتراك Codicis nostri MS. 425 p. 532, ex quo jam statim hoc apparet, eum mortuum esse anno 764.

المثل السائِر، *Liber adjumenti ejus qui impetum facit in opus, cui titulus Proverbium divulgatum*<sup>200</sup>, Cod. MS. 868 p. 130 vs. 2 sqq., ubi legimus haec<sup>201</sup>:

- 200) *Ipsa haec inscriptio jam indicat, argumentum libri Saphadii versari in notandis et refellendis erroribus, commissis ab Ibno-l-Athiro in opere المثل السائِر dicto. Integrum hujus scriptoris nomen est أبو الفتح نصر الله بن أبي الكرم محمد الشبياني المعروف بابن الأثير الجزري الملقب ضياء الدين المثل السائِر في أدب hoc opere ejus mentionem fecit titulumque plenius sic scripsit: Conf. de hoc etiam Hammerus in Jahrbücher der Literat. Vol. 62, Anzeige-Bl. p. 13 n. 38.*
- 201) *Operae pretium videtur hic etiam exponere, quā occasione quibusque de causis hi versiculi a Saphadio adducantur. Inter alia quamplurima ab Ibno-l-Athiro minus bene dicta retulerat etiam hoc, p. 124 vs. 6 sqq.:* و قال (ابن الأثير) بعد ما أورد أبيات أبي نواس :

(الطويل) ثُدَارٌ عَلَيْنَا الرَّاحُ فِي عَسَاجِيدِيَّةٍ

الآيات الثلاثة وهذا المعنى وقولهم فيه انه معنى ميتندع ويحكي عن الجاحظ انه قال ما زال الشعراء يتناقلون المعانى قدি�ماً وحديثنا الا هذا المعنى فان ابا نواس انفرد بابداعه وما اعلم انا ان اقول لهؤلاء سوى ان اقول قد تجاوزتم حَدَدَ الاكثار ومن الامثال السائِرة بدون هذا بُياع الحمار وفضاحة هذا الشعُر عندى هي الموصوفة لا هذا المعنى فانه لا كبير كُفَّةٌ فيه لان ابا نواس رأى كاسا من ذهب ذات تصاوير فاحكها في شعره والذى عندي في هذا انه من المعانى المشاهدة فان هذه الخمرة لم تتحمل الا ماء يسيراً وكانت تستغرق صور هذا (فيده 10) الكاس الى مكان مجنوبيها وكان الماء فيها قليلاً بقدر القلانيس التي على رُؤسها وهذا حكاية حال مشاهدة بالبصر

*Dixit (Ibno-l-Athir), post allegatos tres versus Abu-Nowasi, quorum initium est hujusmodi:*

*In orbem inter nos obit vinum in camellis regum usibus destinatis (i. e. in poculo talium camelorum imaginibus ornato), etc.*

*et post explicatam hanc ideam commemoratumque dictum eorum, hanc ideam primum ab illo inventam esse: Refertur dixisse al-Djahidhus (de hoc viro eff. loci, quos supra jam citavi in p. 124 ann. 98): Semper poetae temporibus antiquis aequae ac recentioribus unus ab altero egregias ideas mutuati sunt; aliter vero res sese habet cum sensu his versibus expresso: Abu-Nowaso enim soli laus ejus primum inventi tribuenda est. Ceteris vero illis nescio quid dicere possem, nisi hoc: excessistis fines, qui repetitioni unius ejusdemque sensus saepius jam enuntiati scripti sunt. Haec quidem al-Djahidhus. At recte quidem est in proverbio divulgato: si vel infra hoc sit, tamen*

*vendibilis est asinus* (*de hoc proverbio, de re quae nimium laudatur adhibito, deque occasione, quā primum usurpatum fuit, eadem referuntur a Saphadio p. 131, quae a Maidanio in edit. Freyt. p. 475 n. 9 de simili دون ذا وينفق الحمار*, coll. *ibid. p. 653 sq. n. 3*): *Ratio clara et perspicua horum versuum haec est, quam ego laudandam censeo, non haec idea: minime enim in ea excogitanda magna virium ingenii intentione opus fuit, cum Abu-Nowasus descriperit tantummodo in carmine suo poculum aureum figuris ornatum, quod vidisset. Haec igitur mea est sententia, rem quam significat esse ex iis, quas poëtae describant, ut oculis ipsorum obversatae fuerint. Erat enim vino, quod videbat, pauca tantum aqua affusa, vinoque illo submersae erant effigies huic poculo insculptae usque ad locum laterum ipsarum, cuon paucae, quae in eo esset, aquae non major esset quantitas, quam pro ratione pileorum capitibus earum impositorum. Hoc vero nihil aliud est, quam referre quomodo se habeat res oculis obversata. Jam vero Ibno-l-Athiro se opponens Saphadius, postquam quaedam attulerat, e quibus appareret, quanta al-Djahidi in ejusmodi rebus esset auctoritas, ipse ejus verba, quippe ab Ibno-l-Athiro minus accurate tradita, in hunc modum refert, p. 125 vs.* **وَانَا احْكَى مَا قَالَهُ الْجَاحِظُ فَانِ ابْنِ الْأَثِيرِ رَحْمَةُ اللَّهِ تَعَالَى رَوَّجَ الْمَقَالَ وَالَّذِي فُقِلَّهُ أَثْمَّةُ الْأَدَبِ عَنْهُ أَنَّهُ قَالَ وَجَدْنَا الْمَعْنَى نُقْلِتُ وَبُوْخَذَ بَعْضُهَا مِنْ بَعْضٍ إِلَّا قُولُ عَنْتَرَةَ فِي الْذِيَابِ**

(الكامل) **وَخَلَالَ الذِيَابِ بِهَا فَلَيْسَ بِبَارِجٍ غَرِيدًا لَفْعَلْ (غَرِيدًا كَفْعَلْ 1.) الشَّارِبُ الْمُتَرْتَبُ**  
**فَهِيجًا يَحْكُمُ فِرَاعَهُ بِذِرَاعِهِ قَدْحُ الْمُكَبِّتِ عَلَى التِّرْنَادِ الْأَجْدَمِ**

**وَقُولُ أَبِي ثَوَّاسَ فِي تِصَادِيِّ الْكَاسِ**  
**تِدارُ عَلَيْنَا الرَّاحُ فِي عَسَاجِدِيَّةِ**

**وَأَنْشَدَ الْأَبِيَّاتِ اَنْتَهِيَّ.** *Ego vero hic referam verba al-Djahidhi: nam projecto Ibno-l-Athirius dictum illud per festinationem minus accurate adduxit. Id autem, quod utpote ab eo acceptum tradiderunt doctrinae elegantis antistites, hoc est, eum dixisse: Reperimus ideas (vulgo a poëtis aliunde) translatas esse, ita ut unus eorum eas ab altero sumat, praeter dictum Antarae de muscâ (conf. Moällakae ejus vss. 18 et 19):*

*Et in quem (nempe hortum) secesserunt muscae, neque inde recedunt, susurrum edentes, sicut facit is, qui (vinum) potat cantans,*

*Stridentes interimque fricantes brachium suum brachio altero, ut tundit manu truncatus, igni ex igniariis elicendo intentus.*

*illudque Abu-Nowasi, dicentis de figuris in poculo sculptis:*

*In orbem inter nos obit vinum in camelis regum usibus destinatis.*

*Dein recitavit (tres) illos versus (ab Ibno-l-Athiro etiam commemoratos). Vides Saphadium in Ibno-l-Athiri verborum al-Djahidi relatione primum hoc reprehendere, quod Abu-*

Nowasi versus solos, ut sensum a nemine ante eum expressum continentis, commemoravisset, omissa dicti Antarae mentione. Statim vero post commemorat ea, quae ipsi innovuerant de eo, quod Abū-Nowasō ansam dedisset versus citatos componendi. Id vero facit his verbis: قال ابن بسام في الذخيرة وقد ذكر ان ابا نواس وَلَدَ هذا المعنى من قول امرى القيس

(الطوبل) خليما استطابوا صبٌ في الصحنِ نصفه وشاجنْ بماء غير طرِّف ولا تُكدر فجعل الشراب والبهاء نصفين لقوته الشراب فتسلق عليه ابو نواس واخفاه بما شغل به الكلام من ذكر الصور المنقوشة الا انها سرقة مليحة وكثير ابو نواس هذا المعنى عَجَباً به في مواضع كثوله

(الطوبل) بنينا على كسرى سماء مدامه مُكَلَّلة حافاثها بشجر

فلورٌ في كسرى ابن ساسان روحه اذا لا صقانا (لاصطفانا 1) دون كل نديم

Dixit Ibn-Bassam in opere, cui titulus الذخيرة (thesaurus reconditus) [Commemoratur hic vir a Marracischio ut aequalis Mohammadis Ibn-Abi-l-Khisali: cf. supra p. 152 ann. 198: plura de eodem vide in Sacyi Anthol. Gr. Ar. p. 445 ann. 66.]: Traditum est, Abu-Nowasum hunc sensum produxisse ex hoc dicto Imraö-l-Kaisi [ad literam hunc sensum genuisse e dicto Imraö-l-Kaisi. Exstat vero hic Imraö-l-Kaisi versus in Diwane ejus, a Slanio edito, p. 30 vs. 7 a f.]:

Ut autem dulcem aquam invenerunt, effunditur inde in craterem dimidium ejus, vinumque sic miscetur aqua, quae nec sordibus est inquinata, neque turbida [Affixum in نصفه referendum est ad الماء, quod latet in verbo استطابوا; femininum autem genus in verbo شاجنْ pendet a subintellecte nomine الخمر].

Dicit poëta, vinum et aquam duas partes (potius de quo loquitur) constituere, propter vim (ob quam necesse esset aqua illud temperari). Hanc igitur ideam arripuit Abu-Nowasus تسلاقي، constructum cum على (coll. vitae Tim. T. I. p. 322 vs. 8), significat conscientiam summarum rei partem, occupavit eam; hoc loco figurate usurpatur de sententiâ ab aliis velut occupatâ et sumptâ), sed abscondidit eam (ne nimis manifestum esset se eam aliunde mutuatum esse), oratione conversâ ad mentionem imaginum insculptarum; verum est hoc furtum pulchrum. Quia autem hic sensus Abu-Nowaso magnopere placebat, passim illum repetivit, ut in dicto:

Exstruximus super Cisrā (i. e. super Cisrae effigie, poculo insculptâ) coelum vini, dum orae ejus stellis coronatae sunt (Vult, hujus poculi parti inferiori Cisrae Persarum regis imaginem, superiori vero stellas esse insculptas).

Si vero Cisrae filio Sasani redderetur ipsius anima, certe nos eligere potius, quam quemquam sodalium.

وقال ابن عبدون

(البسيط) ساروا ومسك الدياجي غير منهوب  
قطرة الشمس عقل دون قذفيب  
على ربي لم ينزل نادى الدباب بها

وقد أخذه من قول المتنقب العبدي يذكر النافقة وقول الأقىشير

(البسيط) وقد تقرؤ على راسى مُنْعَمَةٌ لها انا طبَّتْ من صُوْتِهَا الفُجُّهُ  
فتَدْفعُ الصوتَ أَحْيَانًا وَتَخْفِضُهُ كَمَا يَطِئُهُ دُبَابُ الْرَوْضَةِ الْصَّرْجُ

وأخذ ابن عبدون قوله من قول الاختطل في وصف ثور وحشى

(البسيط) فَرِيدٌ وَلَعْنَتِيهِ ذِبَانُ الْرِّيَاضِ كَمَا غَنَى الْغَوَّةُ بِصُبْحٍ عِنْدَ اشْرَارِ

His jam adjunguntur plurimi variorum poëtarum versus, in quibus, Abu-Nowasi vestigiis insistentes, de imaginibus poculo insculptis mentionem fecerant, a p. 126 vs. 5 a.m. ad p. 129 vs. 5 a.f. Quibus non contentus, jam de Antarae etiam versibus, in quibus comparationem a muscae sibilo repetitam adhibuerat, agere incipit Saphadius his verbis utens:

واما قول عنترة في الدباب فقد زعم مشائخ الادب انه من التشبيهات العقمة. Quod vero attinet ad dictum *Antarae de muscā*, perhibuerunt viri doctrinā eleganti excellentes, illud pertinere ad comparationes semel tantum et nunquam post usurpatas (De عقمة, plurali ab

vel عقيم, ejusque verā significatione cf. quae Cl. Weijers ad Speciminiis sui p. 51 vs. 1 annotavit, ibid. p. 181 ann. 320). Ut vero hanc virorum doctorum sententiam falsam esse ostendat, auctor jam plures versus adducit, quibus idem ille muscae sibilus a poëtis fuit commemoratus, a p. 129 vs. 3 a.f. ad p. 130 vs. 13. Primum nobis exhibet versus Ibno-r-Roumii (cf. d'Herbelot in voce *Roumi* et Ibni-Khallican n. 474), deinde illos Ibni-Abduni quos in textu editurus sum, denique alias Abu-Bacri Ibni-Sa'd al-Bataljusi. Quibus addit duo alia ejusdem generis dicta, nempe Dhu-r-Rommae (de quo cf. Ibni-Khallican. n. 534, et de Sacy Chrest. Ar. T. III. p. 222 sq.) versus de sono, quem edunt locustae, et as-Salamii de crabronum stridore, tandem adhuc poëtae anonymi versiculos de muscae sibilo adjungens. Finem autem hisce imponit causam memorans, quae ad locos hos similes adducendos ipsum movisset, his verbis utens p. 131 vs. 10. sq.:

لَمْ أُورِدْ هَذِهِ الْمَقَاطِعَ فِي السِّكَاسِ الْمَصْوَرَةِ :  
وَالْدَّبَابُ وَأَكْثَرُ مِنْهَا إِلَّا أَنْ هَذَا الْمَوْضِعُ مِنْ مُخْبِرَاتِ الْأَدْبِ وَغَرِيبُ الْمَعْنَى وَنَعْلُ هَذَا

- a) In Cod. لـمنـادي. b) In Cod. تـانتـق. c) In Cod. بـتقـدم. d) In Cod. بـيـظـنـ.
- e) In Cod. فـرـيدـ. f) In Cod. اـشـوارـ.

Et dixit Ibn-Abdūnus:

Profecti sunt, cum moschus tenebrarum noctis nondum esset ablatus, et margo solis rubro colore pictus, neque tamen inauratus<sup>202</sup>,

Super collibus, in quibus praeco muscarum semper sibi obviam habet abactionem (carminis) recitati et (instrumenti musici) pulsati<sup>203</sup>.

Haec vero desumisit e dicto al-Mothakkibi Obaiditae in loco, quo de camelō mentionem facit<sup>204</sup>, et his versiculis al-Okaischiri<sup>205</sup>:

Ac continenter assidet capiti meo (puella) molliter educata, cui (per femorum obesitatem) latus incessus est<sup>206</sup>, per cuius sonum (plus semel) ad alacritatem excitati sunt tardi:

---

القدر ما اجتمع لأحد  
Non aliam ob causam adduxi has carminum partes de poculo imaginibus insculptis ornato, et de musca, pluresque, nisi quod hic locus in eorum est numero, qui pro selectissimis sunt habendi in literis elegantibus, et in quibus rari sensus atque dictiones se offerunt. Ac fortasse nemini (quantam hic attuli, hujus generis versuum) copia in unum collecta adfuit.

- 202) Depingit poëta coeli tenebris adhuc obducti faciem, quando, solis radiis primo diluculo caliginem aliquatenus dispellentibus, rubore nitet quidem, verumtamen nondum auream illam lucem habet, quā mox fulsura est sole orto.
- 203) I. e. in quibus prae eorum amoenitate semper adsunt homines carminum recitatione instrumentisque musicis pulsandis muscas abigentes, adeo ut illae in his locis tranquille undā manere non possint. Verti vocabulum نادٌ praeco, quoniam, siquidem Saphadius Ibn-Abduni mentem asseditus sit, in hoc versu de sibilo muscarum sermo esse debet: si vero hoc probaveris, haec appellatio explicanda est de musca sibilo suo ceteras in unum locum convocante. Nihil vero obstaret, quominus verba نادٌ الذباب verteres convenitus sive concilium muscarum.
- 204) De al-Mothakkibo Obaiditā cf. Spec. Cl. Weijers p. 27, annot. vs. 3—5, coll. pp. 93 et 94 ann. 107. A verosimilitudine non abhorret, versus ejus, e quibus Ibn-Abdunus sua repetit, partem efficere ejusdem carminis, cuius versus etiam a Scholiastā l. c. adducitur. In hoc certe etiam de camelō sermo est.

- 205) Versus poëtae الأَقْيَشِ الْأَسْدِي adducuntur in Hamasa p. vii vs. 9 a f. sqq. In Kamuso hoc tantum legitur (in v. قَسْرٌ لَقْبُ الْمُغْبِرَةِ الشاعر: قَسْرٌ).  
وَالْأَقْيَشُ مُصْغَرٌ أَقْسَرٌ لَقْبُ الْمُغْبِرَةِ الشاعر: قَسْرٌ.  
206) est nomen actionis ab أَنْتَيْ, tardus in incessu fuit, unde participium آنْتَيْ et adjectivum آنْتَيْ pinguis et inde lenti incessus mulier: conf. Spec. Cl. Weijers p. 36 vs. 3.

Modo illa vocem attollit, modo eam demittit, sicut sibilat musca horti *velox*<sup>207</sup>.

Præterea Ibn-Abdūnus dictum suum desumisit e versu al-Akhtali<sup>208</sup>, quo describit taurum silvestrem. Est vero ille hujusmodi:

Solivagus, cui canunt muscae hortorum, sicut canunt homines misere errantes<sup>209</sup> mane apud improbos<sup>210</sup>.

207) Formam شَرِيجَ non minus quam ضَرِيجَ significare *velox*, ex hoc loco Lexico addendum est.

208) Quamvis الْأَخْطَلُ cognomen sit plurium poëtarum, videtur tamen verosimillimum, hic significari celebrem illum Farazdaki aequalem, de quo eff. de Sacy *Anthol. Gramm. Ar.* p. 189 ann. 26, et locus ibid. citatus in Scholl. ad Haririum, p. fol.

209) I. e. *cantores, artem religionis legibus adversam exercentes.*

210) I. e. *in consortio improborum, qui compotationem nocturnam ad diluculum usque protraxerunt.* Verosimillimum autem puto, poëtae, de quo agimus, etiam adscribendos esse versus, quorum auctor esse traditur in eodem Cod. 868, e quo proxime adducta descriptsimus, p. 32 vs. 3 a f. sqq.: أبو محمد بن عبدون، محمد بن عبدون: reponendum enim esse puto (الكتابية) uti *velis*, non satis esse ingenio duce considerare, quomodo sententia optime enuntietur, sed linguae etiam usus e traditione cogniti et a Lexieographis imprimis memoriae proditi rationem esse habendam. Sic autem l. i. legitur:

وقول محمد بن عبدون في خمر عادت خلا

(التطويل) إلا في سبيل الله و كأس مُدامٌ انتقنا بطعْم عَهْدَةٍ غَيْرِ ثابتٍ حكى بنت بسطام بن قيس حبيحة و راحت كاجسم الشنفري بعد ثابت

أراد ببنت بسطام صهباء و بجسم الشنفري قوله

(المدييد) قاسقينها يا سواد بن عية إن جسمي بعد خالي لخل

(Eius vero, quod dixi, exemplum etiam est) dictum *Mohammadis* (*Abu-Mohammadi*). *Ibn-Abdun de vino, quod acetum factum erat:*

*Nonne ad res ludicras pertinet calix vini, quod saporem nobis attulit, cuius experientia non est stabilis,*

*Cum mane simile fuerit filiae Bistami ibn-Kais, vespere vero corpori as-Schanfarae post Thabiti (mortem).*

*Nomine filiae Bistami ibn-Kais significat vinum* (صهباء): *prænomen enim Bistami erat* (أبو صهباء); *cum vero loquitur de corpore as-Schanfarae, in mente habet dictum ejus:*

E locis, quos jam descriptsimus, paucissima tantum de vita et fatis Ibn-Abdūni nobis innotuerunt. Eorum summa huc redit: eum Evōrae natum fuisse, cum juvenis esset tredecim annorum, jam poēticae facultatis specimina dedita, deinde ab Omare al-Motawaccilo Badajocum fuisse arcessitum, ut Scribae munere fungeretur, ad cuius regis familiaritatem eum mox fuisse admissum, adeo ut ubique ipsum comitaretur: ubi vero Omar vitā regnoque esset privatus, primum apud Sirum Ibn-Abi-Bacr, dein apud Alium filium Jūsofi, Imperatorem Morabitarum, eundem locum tenuisse. Quibus, si bene se habent quae referuntur a Casirio T. I. p. 64, addendum est, eum anno Ar. 529 in urbe natali Evorā mortem obiisse. E carminibus vero ejus inter Arabes celebratissimis plura quidem breviora nobis servata sunt, ceteris tamen omnibus excellit longius illud in cladem familiae Aphtasidarum: cuius editioni quae praemisi, si ad Arabum Hispanorum historiae stilique cognitionem promovendam nonnihil attulerint, operam meam non perditam esse existimabo.

*Propina mihi hocce (vinum), o Sawade fili patrui ejus! etenim corpus meum avunculo meo mortuo emaciatum est (Ludit igitur Ibn-Abdunus in duplice significatione vocabuli خل, quod et macilentum et acetum notat).*



## ADDENDA ET EMENDANDA.

---

Ad p. 4 vs. 3 — 6. Iterum haec verba **المعروف بساجة** consideranti, nisi certum, at verosimillimum mihi visum est, illa corrupta esse **ex المعروف بابن باجة**, adeoque aut Ibn-Khaldūnum, aut librarium quemdam, qui ea addiderit, Mohammadem Ómaris patrem confusisse cum Mohammade Ibn-Bādja, qui nomine Ibn-Sāgi notus est et commemoratur ab Ibn-Khallicane n. 681; hujus autem erroris causam in eo esse quaerendam, quod uterque Mohammad cognomen **النجيبي** gesserit. Quae jam ad hunc locum scripsi, adhibeantur etiam ad corrigenda ea, quae leguntur hujus Speciminis p. 34 ann. 37.

P. 8 vs. 2 pro **آخر** **آخر** legatur.

P. 24 ann. 13 vs. 10 pro *exstat*: et *quercus* legatur *exstat*. *Quercus* vero.

P. 36 vs. 1 post *que* (*uterque*) tollendum est vero.

P. 37 vs. 13 pro *abeo* legatur *ab eo*.

P. 38 vs. 7 pro *ejus* legatur *suae*.

Ad p. 82 vs. 10—14. Cum haec scriberem, in errorem inductus eo quod in Lexico Geographico non commemoratur, nomini urbis notissimae *Rahbae* articulum praemitti, de-alio loco **الرحبة** appellato in verbis, quae descripti, cogitandum esse putavi. Postea vero easu inspiciens Sacyi *Chrestomathiae* Tomum II, in pag. 10 vs. 3 a f. huic ipsi urbi nomen **الرحبة** tributum vidi, ideoque nullum est dubium, quin etiam locus ille ar-Rauha, de quo h. l. agitur, ad pagos *hujus Irakae Arabicae urbis* pertineat.

## T H E S S.

### I.

Masoretarum ratio in accentibus textui Hebraeo adscribendis, plena licet nugarum, ab illo tamen cognoscatur necesse est, qui scire velit, quomodo isti singulos locos intellecterint.

### II.

Quum .ii ergo, quibus *textum a Judaeis constitutum* religiose edere propositum sit, necessario accentus, ab his ei adjectos, accurate exprimere debeant, non video tamen, qui *postulari* queat, ut quoties locus ex Hebraeo Codice describatur, ne hilum quidem a Masoretarum in accentibus ponendis ratione deflectatur.

### III.

Contra satis esse censeo, ut uno eodemque accentu in omnibus vocabulis syllaba acuenda notetur. *Pausae* tamen locus, quoniam haud raro vim suam in *vocales* exercet, diversis etiam signis indicandus videtur.

### IV.

Prae reliquis omnibus, quae in Judaeorum instituto, ad veterem linguae suae pronuntiationem accurate exprimendam spectante, laudanda sunt, hoc commendatione dignum videtur, quod eamdem vocalem, pro eo ut vel statim consonanti clanderetur

(ut in nostro vocabulo *bäl*), vel apertiori sono efferretur (ut in nostris *vA-der* et *bAäl*), diversis signis repraesentarent. Idem si a nobis fieri posset, statim ex ipsa scriptione liqueret, quomodo talia vocabula, qualia ex. gr. sunt *lachen* (*lagchen*), *wereſd*, *pochen* (*pogchen*) et *kuchen* (*kugchen*), pronuntiemus.

V.

Qui Hebraeorum antiquitatem explicaturus est, huic imprimis de aetate diversorum librorum Hebraei Codicis severe inquirendum est.

VI.

Praestat, ut in universis literis, ita etiam in Hebraeis, ut prudenti conjectura textus emendandi periculum fiat, quam ut tuendā lectione in Codicibus oblatā certae Grammaticae leges violentur.

VII.

Geneseos Cap. IV vs. 7 pro **חַטָּאת תְּרֵבֶן** legendum est; in ejusdem yero Capitis vs. 22 pro verbis **לִפְנֵשׁ בְּלַחֲדֵשׁ** substituendum: vocabulum enim **אָבִי** **בְּלַחֲדֵשׁ** e glossā marginali, ad explicationem vocis pertinente, in textum invectum est.

VIII.

וַיֹּאמֶר אֶבְרָם אָרָנִי יְהוָה מֶה-תַּתְנוּלִי וְאָנֹכִי חַלְקֵעַ עַרְיוֹן וּבְנַמְשָׁק בֵּיתִי הוּא רַמְשָׁק אֶלְעִיר וַיֹּאמֶר אֶבְרָם תַּן לִי לֹא נַתְתָּה וְרַע וַיֹּאמֶר אֶבְרָם אָרָנִי יְהוָה מֶה-תַּתְנוּלִי וְאָנֹכִי substituendum: וְהַנֶּה בְּנַדְבִּיתִי יְוָשֵׁא אַתִּי חַלְקֵעַ עַרְיוֹן תַּן לִי לֹא נַתְתָּה וְרַע וְהַנֶּה בְּנַדְבִּיתִי יְוָשֵׁא אַתִּי Verba omissa e glossis orta fuerunt.

IX.

In Judicium libro C. VIII vs. 32 verba **אֲבִי הַעֲזֵיר** delenda sunt. In Cap. autem XI vs. 20 pro substituendum **עַבְרֵךְ**.

X.

Jesiae C. XLII vs. 19 pro בְּמַשְׁלֵחַ legatur; בְּמַשְׁלֵחַ pro אָפִיעַ, אָרְנִיעַ.

XI.

Jesiae Cap. LXI vs. 8 pro נֹלֶל בְּעָלָה substituendum est, aut נֹלֶל בְּעָלָה, aut denique נֹלֶל בְּעָלָה.

XII.

חַמֵּס רְשָׁעִים מֹעֵד וְשָׁרֵשׁ צְדִיקִים אִתּוֹן: Pro. Cap. XII vs. 12 sic constituendus est:

XIII.

In eodem Proverbiorum Capite vs. 25 pro יִשְׁתַּחַנוּ et יִשְׁתַּחֲנוּ reponenda sunt vocabula: יִשְׁתַּחַנוּ et יִשְׁתַּחֲנוּ.

XIV.

Hiobi C. XXI vs. 24 pro עַטְנִינוּ מְלָאוּ חָלֵב pronuntiandum est, et eaque verba vertenda sunt latera ejus adipe plena sunt.

XV.

In Ruthae libro Cap. II vs. 3, pro verbis, hunc sensu carentibus, simpliciter mutata una vocali substituendum est, וַיָּקֹרֶם קְרֻבָּה, et effect bona illius fortuna, ut esset caet.

XVI.

וְמִירָאֶב הַמּוֹן reponendum est, וְמִירָאֶב בְּהַמּוֹן, Cap. IX vs. 12 vero pro כְּחַם מִזְקָשִׁים, כְּחַם יִזְקָשִׁים.

XVII.

In Epistolâ ad Galatas C. IV vs. 25 verba *Tὸ γὰρ σινᾶ ὅρος ἐστίν ἐν τῇ ἀραβίᾳ*, utpote e duplice glossâ orta, e textu tollenda sunt.

XVIII.

Epistolae Jacobi C. IV vs. 6 verba διὸ λέγει e textu tollenda, itaque, post ὁ θεὸς pronomine relativo ὃς addito, versus 5<sup>as</sup> et 6<sup>as</sup> sic constituendi et distinguendi sunt: *Ἡ δοκεῖτε ὅτι πενῶς η̄ γραφὴ λέγει; πρὸς φθόνου ἐπιτροφῆς τὸ πνεῦμα ὃ πατώκησεν ἐν ἡμῖν· μείζονα δὲ δίδωσι χάριν ὁ θεὸς, ὃς ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν.*



00078414

Digitized with financial assistance from the  
Government of Maharashtra  
on 26 June, 2018

